g ¶ Illustribus. ʒ quatuor sunt ordines dignitatũ. Maximi. vt super illustres. Magni: vt illustres. Medij: vt spectabiles. Minimi: vt clarissimi: quos specifica ut in aut. de app. §. j. ij. iij. & iiij. col. iiij. & in auth. vt ab illustribus, & qui suprà eam dignitatem sunt. col. v. Sunt & infimi, & defensores ciuitatum, & magistratus municipales: & isti non habent merum imperium: [b] sed superiores sic Ac. ADDITIO. Vnde versus.

Illustris primus: medius spectalis, imus,
Vt lex testatur, clarissimus esse probatur.
Et super illustris præponitur omnibus istis.

h ¶ Antecessoribus. ʒ scientia vel ętate: vel quia fuerant cum præcedentibus Imperatoribus. Aut certè (vt vult Erasmus) antesessores dicti sunt ab antesedendo, quòd puta ante Imperatorem pro tribunali sedentem sederent. Alciatus lib. disputũct. iij. ca. xij. ambigit assessores ne legẽdum sit, an anticensores. Theophilus hic legit ἀντικήνσορας.

i ¶ Quorum. ʒ hic est interpositio vsque illuc: connocatis &c. Et not.

[a] Ab imperiali splendore. ʒ i. ab Imperatore qui splendet.

[b] Nihil inutile.] quo ad animum: vel nihil inutile, id est, inusitatũ, vt patet ex eo quod dicit j. proxi. ver. & quod &c.

[c] Perperam positum.] quo ad aures. Vel dic id est, malè positum, & contra ius.

[d] In ipsis. ʒ i. in ipsa rei veritate: vel in iis quæ cotidie emergere possunt. Non autem inueniuntur hic ea quæ non possunt euenire: quia de his non curant legislatores: vt in auth. vt sine prohib. ma. debi. & cre. §. quia uerò. colla. vij. & ff. de legi. & senatusc on. l. iurã. & l. seq.

[e] Legerent ʒ nam & olim à principio legebant imperiales constitutiones. scilicet Institutiones antiquas: vt in prœmio digestorum §. discipuli. Accur.

[f] Primordio. ʒ i. tantum primo anno proficietis quantum proficiebatis in quatuor. Et nota, q adulatur nobis imperator. Acc.

[g] Digni ʒ vos dico digni &c.

[h] Initium. ʒ ſ. liber iste.

[i] Finis.] i. Codex. Nam primo anno Institutiones legi debent: in quinto legitur Codex: vt in prœmio digestorum §. pro responsis. ibi, quibus ſi bene. Accur.

[k] Principali. ʒ i. principis. Et nota, q hęc scientia caput habet & finem. licet in aliis artibus hoc non sit, licet vilissimæ sint: vt in prœmio digestorum. §. sed quia. Accur.

¶ IGITVR. Iste §. diuiditur in duas partes. Primò ponit qualiter mandat diuidi hunc librum in quatuor libros. Secundò ponit quid continetur in his quatuor libris. Secunda ibi, In quibus. Item prima subdiuiditur in duas partes. Nam primò ponit dictum: secũdò eius causam. Secunda ibi, vt sint. ¶ CASVS Dicit Imperator Iustinianus in hoc §. quasi se commendans: Quid feci ego post omnia prædicta, & post compositionem Codicis, & post opus Digestorum, seu Pandectarum, (quam compilationem digestorum feci per Tribonianum, & sapientes alios) & post librum institutionum? Ego præcepi prædictis tribus, scilicet, Triboni. Theo. & Doro. vt volumen Institu. quod fecerant, in quatuor libros diuiderent. quod fecerunt. Primus liber

Diuisio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

durat vsque de rerum diuisione. Secundus, de hæreditatibus ab intest. Tertius, de obligationibus. Quartus, abinde vsque ad finem huius voluminis. & hoc fieri feci, scilicet li. instit. in quatuor libros partiri, ad similitudinem quatuor elementorum, scilicet, aquæ, terræ, ignis, & aeris: quia sicut ex his omne corpus gubernatur humanum: ita ex hoc volumine Institutionum per quatuor libros partito seu diuiso iuuenes sustentantur, id est, adiuuantur: vt postea possint securè accedere ad libros legales: ex quo in istis Institu. primò studuerint. Et hoc vsque ad §. in quibus Franc. Are.

†Confirmat. Theophilum plerisque tamen collatum.

†Sic in omnibus & Th. Du. autem quod per.

† Deest. Du. Continuatio.

¶ Igitur. ¶ Ita cõtinua secundũ Ioan. quia prædictorum virorum scientiam, & authoritate probauimus, nec per alios poterat commodius expediri: igitur mandauimus per eos diuidi, uel quia ab Imperiali splendore approbatur. & ideo mandat diuidi, vt melius posit intelligi. ff. de uerborum. signific. l. ij. §. cuiusque.

a ¶ Quinquaginta.] qui comprehenduntur intra ff vetus, & Infortiatum, & ff. nouum.

Digesta vñ dicantur.

b ¶ Digestorum.] Ideo dicuntur digesta, quia omnia ibidem dicenda digerentur, & soluuntur. Accur.

ADDITIO. Dicebant quidam quòd olim digestum scribebatur per duplex dd. vel per d. & g. & postea per vitium scriptorum corruptum fuit. sed hoc non est verũ imo debet scribi per duplex ff. quia ille liber fuit digestus secundariò per duos Fridericos Imperatores: à quorum cuilibet nomine sumpta est prima litera f. & sic erunt duo. ff.

a Multo alter Alc. lib. iij. disput. c. xvj. & alter Laurentius Vallensis in Raudensi uersus finem. b Vide Budæum ad l. j. ff. de iust. & iur. iu fine.

c ¶ Pandectarum.] à pan. quod est totum, & decten, quod est doctrina[b]: quia ibi est doctrina omnium iurisconsultorum: vt C. de vete. iure enu. l. ij. §. sed cum omnia. in fi. vt hic sequitur.

d ¶ Quos.] scilicet quinquaginta libros digestorum. Accur.

e ¶ Necnon cæteros.] scilicet v. ex permissu Iustiniani electos: vt C. de vete. iure enu. l. j. §. ij & l. ij §. quæ omnia.

f ¶ Easdem institutiones.] id est, eadem instituta. vnde collige hunc librum, sumptum ex volumine digestorum. vel propriè dicit [c], Institutiones quas mandauit fieri: nunc manda: partiri. Nam partitio animum legentis incitat: mentem intelligentis præparat: memoriam artificiosè reformat: vt infrà, de leg. §. sed non usque. & ff. de dolo. ma. & me. excep. l. j.

g ¶ Iussimus.] quasi dicat Institutiones iussimus fieri ex libris antiquorum: ita vt continerent quicquid rebus, quæ in præsenti æuo in vsu verc untur. consentaneum est: vt C. de uete. iu. enu. l. ij §. sed cum prospeximus. Accur.

h ¶ Prima elementa.] quia sicut ex quatuor elementis omnia corpora conficiuntur, vt terra, & aqua, & igne, & acre, id est, ex viribus horũ quatuor elementorum totus mundus gubernatur, ita hic liber comprehendit omnia iura. Et no. quod terra est frigida, & ficca aqua frigida. & humida: ignis calidus, & siccus: aer calidus, & humidus. Primum habet naturam melancholiæ. Secundum, scilicet aqua, phlegmatis, ignis choleræ, sanguis respondet aeri.

¶ IN QVIBVS. ¶ CASVS. Quidam quæsiuit ab Imperatore: Domine Imperator quæ est materia istarum Institutionum? Et ipse respon. sicut ex auro, & argento, seu ex materia auri fit annulus: ita istæ Institutiones factæ sunt ex eo, quod olim erat in usu ex legibus antiquis, & ex eis legibus antiquis, quæ in vsu esse desierunt. Sed ego Iusti. eas illuminaui, & ad vsum reduxi, in hoc libro Institutionum eas ponendo, siue faciendo eas componi. hoc dicit vsque ad § quas ex omnibus.

i ¶ In quibus.] scilicet Institutionibus.

k ¶ Obtinebat.] i. erat in vsu: & nunc desiit. Accur.

l ¶ Desuetudine.] No. legem tolli per desuetudinem [d], vel per contrariam consuetudinem, & iterum eandem consuetudinem per superuenientem legem tolli. sic ff. de sepul. vio. l. iij. §. diuus Hadrianus. in gl. ij. & in auth. de hæ. & fal. §. j. a. iis. §. sed quoniam col j. Et subiicit, Ab Imperiali &c & est optimum exemplum C. de iudi. l. rem non nouam.

¶ QVAS EX OMNIBVS. ¶ CASVS. Dicit Iusti. prædictos tres viri, scilicet Tribo. Theop. & Doro. compositores has Institutiones ex antiquis Institutionibus, quas non habemus, ex commentariis, id est, glosis Caij, quas gl fecit ipse Caius, ad expositionem prædictarum Institutionum antiquarum, & ad expositionem cuiusdam libri qui appellatur liber rerum cotidianarum, etiam ex multis commentariis ab ipso Caio factis. Et prædicti tres sapientes, scilicet Tribo. Theophi. & Doro. qui hunc librum composuerunt (sicut diximus) in quatuor libros diuiserunt, am bene compositum, & diuisum in nostra præsentia attulerunt, quem nos ipsi legimus, & bene compositum inuenimus, sic quòd illum liberum Institu. approbauimus, & plenum robur ei accommodauimus, ita quòd volumus, ut tantum valeãt leges istarum Institutionum, quantum ualent leges in nostro Codice positæ extra casum: vel quãtum valent ll. positæ in ff. & hoc usque ad §. summa.

¶ Quas.] scilicet Institutiones. & accipe, legimus & recognouimus, s. esse compositas ex omnibus &c.

m ¶ Caij nostri.] commentariis dico factis super libros Institutionum antiquarum.

n ¶ Cotidianarum.] liber erat sic appellatus: eo quòd in singulis dieb. gerenda à magistratib. continebat, qualiter iudicarent.

o ¶ Cùm tres.] interpositio est.

¶ SVMMA ITAQVE. ¶ CASVS. In hoc §. concludit Iustinianus, vt ff. de procura. l. licet §. ea obligatio. & ideo præmittitur in tractatu, ut j. de oblig. in princip. & de act. in principio.

ADDITIO. Aduerte hic inquantum gl. dicit: quod iustitia est mater iuris. dic hoc uerum, si consideretur ius prout est in actu, secus si prout est in habitu hominis, quia ius & iustitia tunc fuerunt, & sunt simul omni tempore. Iason.

¶ Et iure.] scilicet quod ius iustitiam prosequitur, vt minister vel filius [h]. Vel dic hoc plerunque fieri, ut aliquid ponatur in rubrica, quod in textu non ponitur, ut C. de relig. & sum. fu. & de aleæ lu. nam nihil in textu ibi dicitur de ludo aleæ. Vel dic (quod est verius) ut definatur, ut dicemus j. c. fit. §. iuris præcepta. in glo. [i]

Iustitia

IVstitia. ¶ Totus iste tit. quinque habet partes. Nam in prima ponit definitionem iustitiæ. In secunda ponit definitionem iuris prudentiæ. In tertia declarat quo ordine, & qua via tractandę sunt leges. In quarta describit præcepta iuris, vel definit ius, secundum opinionem quam tenebo. In quinta diuidit ius per membra. Secunda ibi, Iuris prudentia. Tertia ibi, His igitur generaliter cognitis. Quarta ibi, Iuris præcepta. Quinta ibi, Huius studij. Christopho. Por.

¶ IVSTITIA. CASVS. In prima parte solum dicit de prima parte rubricæ, scilicet de iustitia. & in ipsa prima parte definitur iustitia. Et é sciendũ q̃ hęc prima pars, in qua definitur Iustitia dupliciter potest intelligi. vno modo vt loquitur de iustitia diuina, alio modo, vt loquitur de humana iustitia. Si vis intelligere de diuina iustitia, pone casum. Deus qui est iustus, habet vo luntatem constantem id est, firmã, stabilem, & perpetuam, id est, ñ temporalem, sed semper duraturã, tribuendi unicuique ius suũ, scilicet bene meritis paradisum, malè meritis, infernum. Si a uté vis intelligere secundo modo, scilicet, de humana iustitia, sic pone casum. Homo iustus habet i. habere debet voluntatem tribuendi unicuique ius suum. Et pone exemplum in iudice iusto, qui debet habere voluntatem absoluendi innoxios, & inculpabiles, & puniendi criminosos. Et secũdũ hãc secundã expositionẽ, illa duo vocabula posita in definitione iustitię, f. constans & perpetua, sunt abiicienda, & remouẽda ab ipsi definitione quia iudex qui est homo humanus, non est constãs in voluntate, nec perpetuus. In secũda parte incipit tractare de secunda parte rubricę, s. de iure: in qua secunda parte sic forma casum. Ego quæsiui à Iustiniano imperatore: O domine, respondeatis mihi ad hanc quæstionem. Nos dicimus cotidie q̃ bonũ est habere iuris prudentiã. Dicite ergo mihi, quid est iuris prudentia? vel q̃s dicat habere iuris prudentiã? Et certè Imperator respondet dicens, q̃ ille dr̃ habere iuris prudentiã, q̃ scit cognoscere res diuinas, & humanas, & qui cognoscit iustũ & iniustũ. Tertiò dicit ex quo vidimus in prima parte, quid est iustitia: & ex quo vidimus in secunda, quid est iuris prudentia: etiam uideamus qualiter leges sunt docendæ, & quo ordine. Et certè leges sunt docendæ hoc modo: q̃a scola res qui volunt audire iura ciuilia: primò debent incipere à leuibus. f. ab hoc libro Institu. postea, debent ascendere ad grauiora, f. ad librũ Digestorũ, & Codicis. Et redditur ratio, quare sit incipiendum à leuibus: q̃a si incipiant à grauioribus, f. à libris Digestorum, & Codicis: vnum de duobus malum accidet, seu eueniet: quia aut rudis propter nimiam difficultatem deseret, seu relinquet prorsus studium: aut si non deserat, hoc est, si propter nimiam difficultatem non dimittat studium: cum magno labore ad hoc perueniet, quinetiam cum diffidentia: quia non habebit spem, nec fiduciam q̃ vnquam aliquid sciet, seu perueniet ad fructum scientiæ: ad cuius fructum citius perueniisset, si à leuioribus studium suũ inchoasset h. d. Franc. de Are.

a ¶ Iustitia.] Hæc iustitiæ definitio potest intelligi de diuina iustitia. q. d. Diuina iustitia est voluntas [a] constans, & perpetua &c. & secundũ hoc, hęc verba in ea posita sunt plana. Sed nonne iniustum fuit [b], q̃ tm datum fuit mercenario in fine venienti, quantum illi, qui mane venerat: quod tamen de iustitia laudat, vt ff. de an. leg. l. ij. & de verbo. sig. l. ij. §. cuiusque? Respond illud diuinum vel mysticè, vel allegoricè debet intelligi. q. d. tantum habebit de paradiso ille, qui deceditin hoc vltimo seculo, si faciat bonum: quantum ille qui decesserit in primo seculo [vt patet in his versibus: Vinea culta fuit: cultores præmia quærunt. Non labor æqualis, æqualia dona fuerunt. Sic deus ostendit, quòd quandocunque venimus: Arripiamus iter: certi de munere simus.] Vel dic secundũ Ioann. c quòd de fragili hominis iustitia loquitur. q. d. iustitia humana, vel quæ est in homine, est voluntas constans &c. & secundum hoc illa duo uerba, constans, & perpetua, abiiciuntur [d] extra: quia homini non possunt conuenire, cum scriptum sit, quod septies in die cadit iustus & illus. Nunquam in eodem statu permanet, ut in auth. de non ali. aut permut. § vt autem co. j. Item quod in fi. dicit, suum vnicuique tribues, intellige quantum ad affectionem, quia ad actum non potest. q. d. habẽs affectum tribuendi, sicut s. in rubrica prooemij, dicitur de Augusto. sic & de matrimonio, quod est individuum, vt j. de pat. pot. in princ. licet interdum diuidatur, vt patet C. de repu. l. consensu. Vel tertio [e] expone, vt in summa huius ticuli, vt voluntas, id est, mens: constans, id est, bonum quasi habitus mentis bonus. Sed Tullius sic definit, Iustitia [f] est habitus animi, communi vtilitate seruata, suam cuilibet tribuens dignitatem. sed secundum Plac. Iustitia est virtus, quæ plurimũ potest in iis, quæ minimum possunt. Vel prout ego credo, Iustitia [g] est animi congrua dispositio, in singulis rebus rectè diudicans. Ac.

ADDITIO. Quæsiuit modum, in quo voluit emendare Iustinianum: & ideo vos dicite, quod hic iustitia definitur generaliter. ad argumenta verò breui distinctione, facilè sic respondebitis. Aliquando consideratur iustitia prout est in abstracto, & tunc iustitia est constans & perpetua. Aliquando vero consideratur, prout est in concreto: vt est posita in corpore hominum administrantium, & tunc dicitur corruptibilis, non ratione essentiæ litatis iustitiæ, sed ratione mali continentis, hoc est prauitatis hominis, secũdum Christopho. Por.

b ¶ Tribuens.] vt honestè viuat sibi: & sic alterum non lædat: imò proficiat. vel dic ius suum, i. hominis meritum.

c ¶ Notitia.] Potest recte legi, vt illa dictio, scientia, sit ablatiui casus vel econtra sit nominatiui casus: & hęc dictio, notitia, sit ablatiui casus sic j. ut. j. in prin. [h] Sed nunquid secundum hoc oporteret, quòd quicunque vult iuris prudens, vel iurisconsultus esse, debeat theologiam legere? Respon. non: nam in corpore iuris, hęc omnia inueniuntur: vt C. de sum. tri. & fide catho. & C. de sacrosan. eccl. & de epis. & cleri. & in auth. iub multis titulis: vbi specialiter de diuinis tractatur. Item quæ est differentia inter iustitiam, & ius, & iuris prudentiam? Respond. iustitia est virtus est eius virturis executiuum: iuris prudentia est scientia illius iuris. item iustitia est summum bonum: ius medium: iuris prudentia infimũ [i]. Item iustitia valt tribuere vnicuique ius suum: ius verò coadiuuat: iuris prudentia docet qualiter illud fiat. Accur.

d ¶ His igitur.] Nunc vult dicere, qualiter leges sunt docendæ. Acc.

e ¶ Cognitis.] i. visa definitione iustitiæ, & iuris prudentiæ.

f ¶ Et incipientibus.] Datiuè potest legi cum verbo j. videntur: uel ablatiuè, vt superius respiciant: & hæc verior. Accur.

g ¶ Nobis.] Loquuntur compilatores huius libri, in persona Iustiniani, qui debet exponere per eos.

h ¶ Tradi] i. iura populi Romani.

i ¶ Leui. [k] quo ad subtilia verba. Accur.

k ¶ Simplici.] i. ad sententiam.

ADDITIO. Et ideo positionibus debet sine plica respõderi nisi essent respondenti captiosæ: vel rei de qua agitur natura ipsam exigeret. Ang.

l ¶ Diligentissima.] quo ad subtilia verba.

m ¶ Exactissima.] quo ad subtilem materiam, & sententiam. Accur.

n ¶ Interpretatione.] i. facili sententia.

o ¶ Quę.] scilicet diffidentia.

p ¶ Auertit.] Nota contra inconstantiam. [l] sic ff. de procu. l. in causæ. in princip. & in authentica de mona. § cogitandum. colum. j. vnde Salomon: Tria sunt mihi incognita, & quartum penitus ignoro. Via colubri super lapidem: Via auis volantis in aere: Via nauis in medio maris: quartum difficilius: Via iuuenis in adolescentia sua. Vnde datur in integ. resti. eorum facultatibus: vt infrà, de hæred. quali. & diff. §. extranei. Accursius.

ADDITIO. Et ista patent his verbis: Cùm sit pœna grauis, cognoscere quæ via nauis: Vel colubri, vel auis, pueri grauior via quauis.

Domini Iustiniani sacratissimi Principis Institutionum, seu elementorum.

LIBER PRIMVS.



De iustitia & iure.

TITVLVS I.

¶ *Iustinianus, veluti optimus præceptor, imitatus rectum ordinem procedendi (qui debet esse definitiuus, diuisiuus, & exemplorum positiuus) primo ponit definitionem iustitiæ.*

IVstitia [a] est constans, & perpetua voluntas, ius suũ cuique tribuẽs. [b]

¶ *Hic describitur iuris prudentia. Ange.*

¶ Iuris prudentia est diuinarum, atque humanarum rerum notitia[c], iusti, atque iniusti scientia.

¶ *Primò leuia, deinde difficiliora sunt docenda, ne scholares aut studiũ deserãt, aut cũ magno labore ad scientiam diffidenter, aut tardius perducantur. h. d. Are.*

¶ His igitur [d] generaliter cognitis [e], & incipientib. [f] nobis [g] exponere iura populi Romani, ita videntur posse tradi [h] commodissimè, si primò leui, [i] ac simplici via, post deinde diligentissima [l], atq; exactissima [m] interpretatione [n] singula tradantur. alioquin si statim ab initio rudem adhuc, & infirmum animum studiosi, multitudine ac varietate rerum onerauerimus: duorum alterum, aut desertorem studiorũ efficiemus, aut cũ magno [f] labore, sæpe etiã cum diffidentia (quæ [o] plerunque iuuenes auertit [p]) serius ad id perducemus, ad quod leuiore via du-

† Iustitia hic accipe p habitu animi vel tis q̃ eã pro parat constãs & ppetua o. Vide Fra. Balsui. hic q. pulchre hãc definitione exponẽdo. & defẽdit aduersus. Rodel phũ Agricolam.

† tribuẽdi, P. F. & Du. hic deest tur definitio de qua. l. j. ff. e. Praeterius lib. 2. ca. 1. med. Iur. sp.

e Illud est diuinare: secundũ P. & Bel. Per. hic.

f Ista pręcepta sedm Pet. & Bel. per. hic.

g Istad. spliciet Pet. de Bel. per.

† labore eius sæpe. h Imò vtrũque est notanti c. iustitiã. Por. q̃ pũctus sub verbo, notitia, obtinet vim copulæ.

i Hoc verũ secundũ deest. hic. si conside. a. tur hęc verba, quo ad ordinẽ p. i. oritatis, & posteriotatis. & cũcdit summã i. primum &c. ✠ j. de iure ipso in princ. alias secus. Bar. Fa. Ange. k Not. ex glo. iuncto tex. q̃ scientia dẽt tradi prius de facilib. secũdo & difficilib. An. l Quę non admittitur inter vitos in actu nominatis cum eã, si actus valet: seu circa diuersa, si sint annexa, alias secus. An.

a ¶ Maturius. ʒ hic nota prouerbium: Qui vadit planè, vadit sane.

¶ IVRIS PRAECEPTA. ¶ CASVS. Hic incipit quarta pars in qua dicitur, q̃ ius nostrũ ciuile vno de tribus accipiẽ: aut præcipit, vt qui poneste viuat: aut præcipit, vt quis alterũ non lædat: aut vt vnus homo ius suũ vnicuiq; tribuat. De primo ponitur exẽplũ in gl. quæ incipit, Quantũ ad se &c. Deseundo ponitur exẽplum, q̃ non debet vnus alteri iniuriã inferre: vt ff. eod. i. de quo ponit exẽplũ, vt in fine ce, qui vnicuiq; debet suum ius tribuere: pront ʒ. dixi in definitione institiæ. Frã. de Aret.

b ¶ Iuris præcepta.] i. iura præcipiẽtia ꝓcipit aliquid, qđ pertinet ad aliquod istorũ triũ: nã nõ omne ius præcipit: imò quoddã punit, quoddã vetat, quoddã permittit: vt ff. de legi. & se. cõ. l. legis. quoddã cõsulit: vt ff. de rei vend. l. is qui destinauit. & quoddã hortatur. vt C. de trãsac. lage.

c ¶ Honeste. ʒ quantũ ad se. quæ honestas. & circa matrimonia est: vt ff de ritu nup l. semper. & circa mores seruatur: vt ff. de tuto. & cu. da. ab his l. scire oportet. §. pen. & vlti. ADDITIO. Et ideo dicit Ang. mulierẽ honeste viuere quæ viuit secundum mores loci. sed casse viuere non intelligitur, quæ transit ad secunda vota, scilicet respectu mariti defuncti, vel filiorum eius: sed respectu aliorum secus.

d ¶ Alterum non lædere. ʒ vnde illud: Quod tibi non vis fieri alij ne feceris: vt in Decre. in princ.

e ¶ Suum. ʒ vt non solũ nõ ledat. sed etiam audiuur.ª Nam non sufficit abstinere a malo, nisi fiat quod bonum est: vt ar. in decre. l. xxxv. dist. c. non satis. Sed nõne hęc verba accipiuntur hic sicut §. in definitione iustitiæ, in fi. Rñ. nonimo ibi hæc tria comprehendit. hic autem illum solũ quod extra illa duo prima relinquitur. Et no. quod in hoc reprobo opinionem Py., & aliorum qui dixerunt, quod in hoc titulo non definiebatur ius: quod est ars boni & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellet. nã dico, quod hæc verba quæ hic sunt tantundem præstant. nam quod hic dicit, præcepta iuris. per hoc dicit ars: cum ars sit collectio multorum præceptorũ. Item per hoc quod dicit, honeste viuere, alterum non lædere: valet tantum: quantum boni & æqui. Item per hoc quod dicit ius suũ vnicuique tribuere, colligo, cuius merito quis nos sacerdotes appellet. i. vel iura cuilibet ministrantes: vt hic, & ff. eo l. j. ij. respon. c

¶ HVIVS STVDII. ¶ Diuiditur in quatuor partes, sicut sunt quatuor dicta. Ang. ¶ CASVS. In hac quinta & vltima parte figura casum sic: Ex quo vidimus quid est institia. item ex quo vidimus, quot & qualia sunt iuris præcepta: est sciendũ vltimo loco, q̃ ius nostrũ ciuile in duas partes diuiditur, s. in ius publicum, & priuatum. Et primo dicit, quid dicatur ius publicũ. Et certe ius publicũ dicitur illa pars iuris nostri quæ tractat de vtilitate totius mundi. quod dic vt in gl. quæ incipit. Et constitit. Secundo dicit quid dicatur priuatũ, Certè ius priuatum dicitur illa pars iuris nostri quæ tractat de vtilitate singulorũ: puta vt fundus meus ab altero possessus restituatur mihi: vel puta vt debitor meus. quod debet mihi soluat. & alia infinita exempla posses ponere. Tandem dicit: ex quo vidimus, quid est ius publicum, nunc videndũ est quid est ius priuatum. Et sciendũ est, q̃ ius priuatũ est collectũ ex præceptis triũ iurium, s. ex præceptis iuris naturalis. Itẽ ex præceptis, vel præcepto iurisgentiũ. Item ex præceptis iuris ciuilis. Et de his præceptis iuris naturalis gẽtiũ, vel ciuilis, pone exẽpla, vt in gl. quę incipit, iure enim. Franc. de Aret.

f ¶ Huius studii. ʒ i. artis adipiscendæ per studium.

g ¶ Positionis. ʒ i. ipsẽs secundũ Pla. sed secũdũ Azo. sic, i. su per duob. generibus, nõ speciebus, ponitur hæc studio legendi discẽda. nec enim placet, q̃ ex multitudine rerũ, multa dicãtur iura. sic enim diceretur ius aliud equinũ, quod super equo tractaret: aliud asininũ: & sic de singulis. sed ego credo, quod iste non fuit Py. intellectus: sed ille qui est præcepto ris. mei. d Accur. ADDITIO. Pro concordia dicendũ est secundũ Por. quod species sumitur dupliciter. Vno modo dialectice: et tunc sumitur pro specie prędicabili de pluribus differentibus numero. & hoc modo Pla. intellexit. quã speciem Azo genus appellauit. Alio modo capitur species legaliter, pro vnoquoque indiuiduo. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. vt etiam no. in l. legato. ff. de leg. j & gl. in l. ij. ff. si certũ pera.

h ¶ Publicum ius.] & consistit in sacris. sacerdotibus & magistratibus ff. eo l. j. §. publicum. & in aut. vt li. ma. & auiæ §. fi. ver. quia vero. col. viij. & C. de sum. trí. & fi. ca. ho. l. inter claras. & ff. de ori. iu. l. ij. § post originem. Glo. in d. §. publicum. in verbo, in sacris. declarat hanc. Eg. per.

i ¶ Rei Romanæ. ʒ Romani imperij. sic ponitur]. de pa. po. §. ius aũt.

k ¶ Spectat ʒ scilicet principaliter. nam & singulorũ est vtilitas rem publicam seruari. Accur.

l ¶ Pertinet. ʒ scilicet principaliter. secundario autem ad publicam vtilitatem pertinet: exeedit enim reipu. &c. vt j. de iis qui sunt sui vel alieni iuris. §. nam Antoninus.

m ¶ De iure priuato. ʒ sed quid de publico? Rñ. nõ dicet in hoc libro: sed dicitur ff. de iure fis. & C. eo. ti. & in aliis tit. sequẽtibus: & fere per omnes tres libros Codicis: vbi de iure pub. tractatur. Et nunquid illud est tripertite collectũ? Rñ. sic: vt ita tim dicã, & ex eisdẽ præceptis. Cũ ergo eadẽ sint exẽpla publici & priuat, quare de priuato tãtũ dixit, quod est tripertite collectũ? Rñ. quia plura erat de eo priuato dictum. Item cum fecisset hunc librũ causa rudium, nolebat eos multum aggrauare: quod fecisset si tractasset de iure publico in hoc libro.

n ¶ Tripertitum est. ʒ in iure eẽ priuato, vt in suo toto tripertita sunt præcepta naturalia: vt hoc, Neminẽ cũ alterius dãno fieri locupletẽ: & vt ff. de cõdi. inde. l. nã hoc natura. Item gẽtium: vt quod quisq; ob tutelã sui corpore fecerit, iure fieri existimetur: vt ff. e. l. j. ij. & iij. Item sunt præcepta ciuilia: vt præcepta de vsucap. quia de priuata vtilitate est vsucapio: vt j. de vsucap. in princi. ibi, Ne dominia &c. Et sic publicum est ex eisdẽ exẽplis & pone eadẽ exẽpla: vt ecce à iure naturali, vt non locupletetur cum natura alterius respublica. A iure gentium, vt liceat reipublicæ propulsare iniuriam. Item a iure ciuili: respublica vsucapiat, sicut priuatus. quæ exempla posuimus supra stan. in verbo, iure priuato.

o ¶ Naturalibus. ʒ id est iuris naturalis. §

p ¶ Aut gentium.] id est, præcepti, iurisgentium.

q ¶ Aut ciuilibus. ʒ præceptis.

¶ DE IVRE NATVRALI.

¶ Dictum est supra, quod ius priuatum est collectũ ex naturalibus præceptis gentium & ciuilibus: nunc de eis dicit, & primo de iure naturali.

IVs naturale est. ʒ ¶ Totus iste titul. diuiditur in quinq; partes. Primo ponit de iure naturali. Secũdo de iure gentiũ. Tertio de iure ciuili. Quarto proœmiando ad ius ciuile, & naturale, ponit vnã differentiam inter ipsa iura. Vltimo ponit circa quæ versatur ius ciuile. Secunda ibi, Ius autẽ ciuile. Tertia ibi, Constat aurẽ. Quarta ibi, Sed naturalia. Quinta ibi. Omne autẽ: Et hoc principũ etiã diuidi ꝑ in tres partes. Primo ponit definitionem iuris naturalis. Secundo declarat illã. Tertio probat per effectum. Secunda ibi, Nam ius. Tertia ibi, Hinc descendit.

¶ CASVS. Quidam scholaris rudis accessit ad principem Iustinianum, & coram eo talẽ proposuit quæstionẽ. Domine Imperator, dicite mihi, quid est ius naturale? Imperator respõdit ei: Ius naturale est quoddam ius, quo iure omnia animalia sunt instructa, & perita à natura. i. à deo. Vel ius naturale est quoddã ius. quo iure natura, id est, Deus omnia animalia instruxit, & docuit, & in ide per omnia recidit hęc positio eius cum prima. Bene dico, omnia animalia, quia non solum habet locũ in hominibus, sed in omnibus animalibus: siue in cœlo, i. in aëre nascantur, vt aues: siue in terra. vt alia animalia: siue in aqua nascantur, vt pisces. Videmus enim, i. videre possumus omnia animalia, neqũ hominẽs, esse perita huius iuris naturalis, h, d. vsq; ad ver. hinc descendit, in quo ponuntur duo, vel tria exẽpla, de hoc iure naturali. Mouetur enim mascul⁹ ad coniungendũ se fœminellæ vel vir ad coniungendum se fœminæ: quæ coniunctio vocatur matrimonium, secũdum iura ciuilia. Secũdum exemplum est tale Iure istius naturali mouetur homo, & fœmina ad procreandos, & nutriendos liberos, i. filios. Nam isto iure naturali mouẽtur homines, & fœminæ ad cõmiscendũ se adinuicem: quã cõiunctio. ciunt, ideo vt liberos procreent: & eisdẽ liberis procreatis, mouẽtur eo dem iure naturali, ad eosdem liberos alendos, & nutriendos. Fran. Are.

r ¶ Ius naturale est, quod natura. ʒ i. Deus: [k] & nominatiuè, & ablatiue potest legi. sic §. titu. j. §. j. Et not. q̃ quatuor [l] modis ius naturale ponitur. Quandoq; pro iure gentium: vt j. de re. diui. §. singulorum. Quandoque pro iure pactorum: & sic pro iure prætorio: vt ff. de pact. l. j. Quãdoque pro eius cõtrario, scilicet pro eo, quod rescindit pacta: vt iure restitutione minorum: vt ff. de mi. l. j. Quandoq; pro instinctu naturæ, vt hic, & ff. eo. l. j. §. ius autem naturale. Sed secundum cano. ius naturale dicitur quod in lege Mosaica, [m] vel in euangelio continetur: vt in prin. de cretorum. Et istud (quod) hic est nominatiui casus, quando hæc dictio (natura (est ablatiui casus. & e contra est accusatiui quando (natura) est nominatiui: & tunc dic natura, id est, Deus.

ADDITIO Dic secũdum Por. quod hoc relatiuum (quod) erit accusatiui casus, & verbum (natura) erit nominatiui. Nam hoc (verbũ (docuit) in text. positum, potest regere duos accusatiuos diuersos: vt in glos. ordinaria. in l. successores. D. ad legem Falci. & habetur in l. eam quam. C. de fideicommiss.

s ¶ Nam ius. ʒ bene dico omnia animalia. Nam ius istud &c. non solum est hominum, sed commune omnium animalium. Accur.

t ¶ Humani. ʒ id est, hominum.

v ¶ In cœlo. ʒ id est, in aëre: vt aues quæ in arboribus & aëre nascuntur: vt j. de rerum diui. §. apum.

In terra

a ¶ Interra. ʒ vt ferę bestiæ, quæ in suis lustris, id est, cubiculis nascuntur: & etiam quædam aues.

b ¶ In mari. ʒ vt pisces. idem dico, & si in qualibet alia aqua nascantur.

c ¶ Hinc.] ab hoc iure naturali. s. Deo, qui primò Adam Euæ coniũxit. & in paradiso deliciarum posuit. Accur.

d ¶ Maris. ʒ id est, masculi.

¶ Coniugatio.] scilicet, animorum non corporum, vt ff. de re. iur. l. nuptias.

ADDITIO. Est tamen differentia secundũ Angeloquia secuto solo consensu, possibilis est separatio per ingressum monasterij: vt C. de epis. & cler. l. deo nobis. circa prin. & in decretali. c. ex publico, de conuer. coniug. secus autem secuta carnali copula.

f ¶ Matrimonium. ʒ id est, effectum matrimonii, & sic nota, quòd matrimonium quo ad originem est de iure naturali, scilicet de Deo: vt hic dicitur a de iure gentium etiam dici potest: quia ab eo receptum est b. De iure ciuili etiam dici potest: quia formam ei adiunxit, & solennitatem, secundum Azo. vt patet]. de nup. per totum titulum, cùm dicit, à quarundam nuptiis abstinere necesse est. vt ff. de iusti. & iu. l. ius ciuile.

ADDITIO. Intellige hoc, nisi quo ad prohibitionem graduũ linearis ascendentis, vel descendentis, vel etiã collateralis in primo gradu: quia dicitur de iure diuino. c. literas. §. sanè. ver. opinioni. & §. seq. extrà de restispo. Item quo ad formam verborum est de iure canonico: sed quo ad instinctum coniunctionis, seu causam finalem, s. conseruationem indiuidui, est de iure naturali, secundum Christoph. Por. hic.

g ¶ Hinc liberorum procreatio. ʒ Nam deus operatur ad liberorum procreationem, & naturalis instinctus.

h ¶ Et educatio.] ¶ Nam hoc iure, s. naturali mouetur parens ad educationem filiorum suorum potius quàm alienorũ: vt ff. vnde liberi. l. scripto hæredẽ. in fi. & ad hoc etiam tenetur parẽs: nisi pro se sit insufficiẽs: vt ff. de libe. agno. l. si quis. §. sed & si filius. & §. denique.

i ¶ Cętera. s. animalia propter homines.

k ¶ Istius iuris. ʒ. naturalis, de quo loquimur. Ex eo enim q̃ auis uolatat piscis natat: gallina oua calefacit: mouentur isto iure naturali.

¶ IVS AVTEM. ¶ Diuiditur in tres partes. Primò ponitur dictum bipembre. Secundò, ponitur exemplum secundi membri. Tertiò, ponitur exemplum secundi membri. Secunda ibi. Nam quòd. Tertia ibi, Quod verò.

¶ CASVS. Quidam scholaris accessit ad principem, & talem ꝓposuit quæstionem. Domine Imperator, dicite mihi, quæ differentia est inter ius gentiũ, & ius ciuile, & ideo quęro, quia volo vnum ius ab alio scire discernere. Imperator respondit. Amice, dico tibi, quòd omnes populi qui vtuntur iure scripto, & iure non scripto: pro parte vtuntur suo proprio iure, s. ciuili, & pro parte vtuntur iure communi omnium hominum. Secundò, dicit scholaris: Domine Imperator, vos loquimini sic obscurè, q̃ non intelligo uos. Quid est hoc dicere, quòd omnes populi qui vtuntur iure scripto, & iure non scripto, pro parte vtuntur suo proprio iure, & pro parte vtuntur iure communi omnium hominum? dicit Imperator: Quòd dixi tibi, q̃ vtuntur pro parte suo proprio iure, sic intelligẽ, quòd ius quod sibi facit quilibet populus, illud est proprium ius illius populi, vel ciuitatis, id est, appellatur ius ciuile, id est ius propriũ illius ciuitatis: puta statuta municipalia: quæ in singulis ciuitatibus fiũt. Tertiò, dicit Imperator, quòd illud ius quo vtuntur omnes gentes de mundo, naturali ratione, id est, discretione est inductum: appellaturque ius gentium, id est, ius quo omnes gentes de mundo vtuntur. Et sic amodò aperta est differentia inter ius gentium, & ciuile: quia ius ciuile est proprium cuiusque ciuitatis, ius verò gentium est commune omnibus. Quartò, dicit Iustinianus, Non solum quidem alij populi vtuntur pro parte iure proprio, id est, ciuili, & pro parte iure communi omnium hominum, id est, iure gentium: sed etiam populus Romanus hoc facit: quia pro parte vtitur suo iure, id est suis propriis statutis: & pro parte vtitur iure communi omnium hominum, id est, gentium. Quinto respondet Imperator, cuidam tacitæ obiectioni: quia possent aliqui dicere: Domine Imperator. vos fecistis mentionem de iure gentium & ciuili: dicatis de natura vtriusque iuris. Dicit Imperator excusando se: Ego hoc dicam in competenti loco, scilicet in §. pe. vbi dicit, quòd ius gentium est immutabile: & ius ciuile mutabile: secundum expositionem istius §. Vel alio modo intellige istam quintam particulam vt in glo. quæ incipit, scilicet iure gentium. Et hoc totum in prima parte principali. In secunda parte assignat Iustinianus secundam differentiam inter ius gentium, & ius ciuile: quæ secunda pars continet quatuor partes: vt ʒ. dixi. In prima particula hoc dicit: Quamuis ius gentium non habeat denominationem ab aliqua ciuitate: quia non dicitur ius gentium Romanorum: vel ius gentium Bononiensium: tamen ius ciuile habet denominationem ab ea ciuitate, in qua factum est: vt ecce statuta quæ fiebant apud ciuitatem Athenarũ per suos sapientes, scilicet Solonem, & Dracoñe, possunt dici ius ciuile Athenienſium. Secundo addu eit simile, quod statuta factæ Romæ possunt dici ius ciuile Romanorum, vel ius ciuile Quiritum: quia Romani appellabantur Quirites, à quodam eorum Rege, qui Quiritus appellabatur. Tertio dicit, Sed quid dicemus si simpliciter dicatur ius ciuile: nec addatur nomen ciuitatis, in qua factum est illud ius: de quo iure intelligemus? Respon. per excellẽtiam intelligitur ius ciuile de iure ciuili Romanorum id est, de statutis eorum. Quarto adducit simile. Ecce cum dico, Poëta, & ei non addo nomen proprium: per excellentiam intelligitur de Homero apud Græcos: vel de Vergilio apud Latinos: hoc dicit vsque ad §. ius autem gentium.

l ¶ Diuiditur. ʒ i. vnum ab altero sic dignoscitur. Accur.

m ¶ Legibus & moribus. ʒ Nam quidam sunt qui reguntur tantum moribus, & etiam quidam, qui nec moribus, nec legibus: vt homines Syluestres: c etiam quidam qui legibus tantùm, & non moribus.

n ¶ Communi. ʒ id est, eo iure quod est in communi apud omnes, siue scriptum sit, siue non.

o ¶ Ius ciuile. ʒ vt sunt statuta terrarum: quæ iura municipalia dicuntur: vt C. de eman. lib. l. j. & fic dicitur ad differentiam iuris naturalis, id est, iuris gentium: & ita accipitur hic. Secundo modo dicitur ius ciuile [d] lex xij. tabularum: vt ff. de iusti. & iur. l. ius ciuile. §. hoc igitur. Tertio dicitur ius ciuile, omne ius quod non est prætorium. & fic accipitur. ff. de iusti. & iur. l. ius autem. ciuile in princip. & §. ius prætorium. Quarto dicitur disputatio prudentum, quæ fuit facta super l. xij. tab. vt ff. de ori. iur. l. ij. §. hęc disputatio. secundum Ioan. Quinto quicquid scriptum habemus de iure, dicitur ius ciuile: vt cum dicitur. Est enim sanctissima res ciuilis sapientia: quæ pretio nummario non est æstimanda: vt ff. de var. & extra. cog. l. j. §. proinde. Sexto dicitur quoties adiicitur aliquid iuri naturali, vt in matrimonio modo diximus: vel detrahitur iuri naturali: vt in vsucapionibus: vt j. de vsucapio. in princip. e vel additur iuri gentium: vt in tutela inuenta à iure ciuili originaliter: vt infrà de tuto. in princip. vel detrahitur, vt in potestate seruorum restricta, vt infra de iis qui sui vel alieni iuris sunt. §. sed hoc tempore. hoc enim ius ciuile dicitur: vt ff. de iusti. & iur. l. ius ciuile. j. respon. & hæc exempla sunt ibi notata. Accur.

p ¶ Naturalis ratio. ʒ nota, quod ius gentium naturali ratione est inductum: vt hic, j. de re. diui. §. singulorum. vnde est ius immutabile: vt ʒ. eo. §. sed naturalia. Accur.

q ¶ Id apud. ʒ nunc soluit. Accur.

r ¶ Vtuntur. ʒ vt est religio erga deum: vt parentibus, & patriæ parea mus: f vt contra violentiam resistamus: vt ff. de iusti. & iur. l. j. in fin. & l. ij. Item cõuentiones siue pacta. quæ apud omnes gẽtes valent: vt j. e. §. ius autem gentium. & ff. de pact. l. iuris gentium. in prin.

s ¶ Itaque. ʒ quia omnis populus vtitur partim iure communi, & partim &c.

t ¶ Suo. ʒ quod pro se tantum composuerunt: alias esset lex generalis: vt infrà, eod. §. lex.

v ¶ Quæ singula. ʒ scilicet iura gentium, & ciuilia quibus vtuntur ciues Romani. & effectus eorum iurium dicetur j. de re. diui. §. singulorum. vsque ad fin. titu. vbi dicitur qualiter acquiruntur dominia iure gẽtium. Item infra, de vsucap. & in tit. sequentibus, in quibus dicitur qualiter acquiruntur dominia iure ciuili. & secundum hoc refertur ad proximum dictum, & illud intelligas de iure ciuili Romanorum generali. Vel aliter dic: proponemus. j. eo. tit. §. pe. vbi dicit alterum de iuribus varíabile, vt ciuile alterum non, vt gentium. & secundum hoc non refertur ad proximum dictum: sed ad id quod dicit suprà, Nam &c. & etiã, Quod verò &c.

x ¶ Proponemus. ʒ sed vbi? Respõd. forte infra. de re. diui. §. singulorum. & refertur non ad proximum ꝑ dictum, sed ad id quod dictum.

Instituc. a iiij est,

† Quod sibi licitum est. Et con cor. c. quæ in ecclesiarum. in gl. in verb. cõstituerunt. in prin. extra de ẽsti.

† Du. omnes homines constituit, id apud omnes ꝓque &c.

† Du. ergo populus

c Oẽs tñ sunt de semine Adæ. Ioan. Fab.

Ius ciuile sex modis dicitur.

d Ista glo. est magistralis. secũdum Ang. ad sciendũ quot modis capitur ius ciuile.

e In hoc, ſ quia eo iure omnia erant communia secundũ Iaſ. hic alias ſi gl. ꝓsupponeret, ꝙ illo iur esset dare meũ & tuũ esset falsa, vt per Iac. de Aret Bal. & Alb. in l. ius ciuile. ff. de iu. & iure. f Text. est not. secundum Iaſ. in l. j. §. & generaliter ſi ff. de vẽtre in poſ. mit. quem Bal. reputat ſingularem in l. matres. C. ad Ter. & cui potius ſit parendum vi de per Ange. Ar. hic.

g Ista glo. cõtra dicit glo. præcedẽ. sed ambę sunt bonæ, vt referatur ad ꝓximũ dictũ vel ad remotũ, cum secũdũ ambas expoſitiones, loquamur de iure gẽtiũ, vel ciuili. Nicol.

Universidad de Navarra

est, Nam quod quisque &c. & ibi, Quod uerò &c.

a ¶ Sed ius quidem &c. ‡ diximus populos commune aut proprium ius habere sed &c.

b ¶ Ciuitate appellatur. ‡ i. nomen illius ciuitatis vbi factum est ius ciuile, debet ei imponi.

c ¶ Solonis. ‡ nomina sunt compositorum statutorum in illis ciuitatibus, sicut si appellaret quis ius ciuile Bon statutum a compositoribus inuentum, & consilio confirmatum.

d ¶ Non errauerit. ‡ rectè bene dixerit.

e ¶ Sic enim & ius. ‡ qđ pro se tantùm composuerunt: aliter esset generalis lex: vt J. e. §. lex est. & de hoc, ſ. iure ciuili generali potest hic intelligi vel loqui Acc.

f ¶ Ius Quiritum.] pro eodem, licet nomina mutet.

g ¶ A Quirino ‡ qui fuit eorum rex, dictus à quiritis, quod est hasta: ga magna hasta in bello utebatur.

h ¶ Ciuitatis. ‡ sed simpliciter dr ius ciuile.

i ¶ Nostrum. ‡ ſ. Romanorum, per excellentiam.

¶ Has collegit P. Prateius in Iurisp. Ve.

† Desunt in omnib. & Th. rectè. noluit. enim ratione cur Romani dicantur reddere sed cur quitites.

¶ Sed ius [a] quidē ciuile ex vnaquaque ciuitate [b] appellatur, veluti Athenienſium. Nam ſi quis velit Solonis, [c] uel Draconis leges, † appellare ius ciuile Atheniē ſium, non [d] errauerit. Sic [e] enim & ius, quo Romanus populus utitur ius ciuile Romanorum appellamus, vel ius [f] Quiritū quo Quirites utūtur. Romani enim † à Romulo, Quirites à Quirino [g] appellantur. Sed quoties non addimus nomen, cuius ſit ciuitatis [h], noſtrum [i] ius [k] ſignificamus. ſicuti cùm poetam dicimus, nec addimus nomē, ſubauditur apud Grēcos egregius Homerus: apud nos, Vergilius [l].

¶ *Ius gentium omnibus hominibus est cōmune: quod ab omnibus gentibus fuit factum, usu & necessitatibus exigentibus, ex quo bella licita oriuntur, & captiuitates, & seruitutes, & contractus: quibusdam exceptis. h. d. usque ad §. Constat. Areti.*

¶ Ius [m] autem gentium omni humano [n] generi commune eſt.

Nam vſu [o] exigente, & humanis neceſsitatibus, gentes † humanæ † iura quædam ſibi conſtituerunt. ¶ Bella [p] etenim orta ſunt, & captiuitates ſecutę, & ſeruitutes, quæ ſunt naturali iuri cōtrariæ. Iure enim naturali omnes homines ab initio ¶ liberi naſcebantur. Et ex hoc iure gentium omnes penè [r] contractus introducti ſunt: vt emptio, † & venditio, locatio, & conductio, ſocietas, de poſitum, mutuum, & alij † innumerabiles. [s]

¶ *Ius scriptum consistit in sex partibus hic nominatis. h. d. cum quo concordat secunda distinctio. §. lex est. secundum Are.*

¶ CASVS. Vidimus de iure naturali in principio huius tituli. Item vidimus de iure gentium §. §. proxi. Item vidimus de iure gentium, & ciuili miſtim §. §. ius autem ciuile: vſque ad § ius autem gentium. Sed quia de iure ciuili non plenè tractatū eſt, ideo tractabitur in hoc § ſeq. vſq; ad §. ſed naturalia. Et ideo diuide aliter hunc § quā ſuprà, ſecūdū Franc. de Are. in ſexdecim partes, vſque ad §. ex non ſcripto. In prima parte dicitur, q̄ ius noſtrum ciuile diuiditur in duas partes, ſ. in ius ſcriptum, & in ius non ſcriptum: & hoc ad ſimilitudinem Græcorum, qui ſimiliter iure ſcripto & iure non ſcripto utebantur. Secundò dicit, qđ primò eſt videndum de iure ſcripto. Et eſt ſciendum, quòd ius ſcriptum conſtat ex ſex partibus iuris, ſcilicet ex lege, & plebiſcito, er ſenatuſcōſulto, ex principum, placitis præcorum edictis, & ex reſponſis prudentum. Tertiò dicit, quid eſt lex. Certè lex dicitur illa quam Romanus populus faciebat: conſule ſenatorum interrogante populum: vt ecce quādo emergebat aliquā queſtio, quæ non erat ſoluta per aliquam legem, populus pulſabatur cum campana, Ad arengam, Ad arengam, Ad arengam. Et ſic congregabatur populus Romanus, & tunc loquebatur magiſtratus ſenatorum, & dicebat populo ibi congregato, Domini met, talis quæſtio emergit de nouo, quam quæſtionē non reperimus deciſam in noſtro iure, placet ne vobis, q̄ ad deciſionē illius ita, & ita ſtatuatur? Et populus ſimul vel diuiſim clamabat, vel clamabant dicentes, Sic fiat vel ſic fiat. & ſic illud taliter conſtitutum dicebatur lex. Quarto dicit quid ſit plebiſcitum. Et certè plebiſcitum dicitur illud ius quod plebs Romana faciebat tribuno plebeiorum interrogante plebem. Ecce enim quando emergebat aliqua quæſtio pertinens ad plebem, ſeu plebeios, quæ non erat ſoluta per legem aliquam, pulſabatur cum quadam alia campana. Ad arengam, Ad arengam, Ad arengam. Et ſic congregabatur plebs Romana. Et ſic tunc ſurgebat magiſtratus, ſcilicet tribunus plebis, & dicebat plebi, Talis quæſtio emerſit. placet ne vobis, quòd ad deciſionem illius ſic, vel ſic ſtatuatur? Et ipſi clamabant dicētes, Fiat, & ſic. ergo illud taliter conſtitutum appellatur plebiſcitum. Quinto dicit. Diximus quòd lex ſit à populo, & plebiſcitum à plebe. Sed quæ differentia eſt inter populum, & plebem? Reſpond. Populus eſt genus, quia appellatione populi omnes ciues Romani continentur, ſcilicet, nobiles, patricij, & ſenatores, & ignobiles. Plebs verò ſine patriciis, & ſenatoribus cęteros ciues ſignificat. Sextò reſpondet cuidā tacitæ quæſtioni. nam poſſet aliquis dicere, Nunquid tantum ualent plebiſcita, quantum leges? Et dicit q̄ ſic, ex quo fuit facta quædam lex quæ appellatur Hortenſia, in qua continetur. quòd plebiſcita obtinent vim legum. Septimò, quid eſt ſenatuſconſultum? Et certè ſenatuſconſultum eſt ſtatutum à ſenatoribus compoſitum, ſiue leges à ſenatoribus promulgatæ. Octauò reſpondet cuidam tacitæ quæſtioni. nam aliquis poſſet dicere. Sanatuſconſulta videntur ſuperflua, nonne ſufficiebant leges, & plebiſcita? Reſponder dicens, quòd ſenatuſconſulta non ſunt ſuperflua. Nam populus Romanus erat interdum augmentatus, quòd erat quodammodo impoſsibile, quòd ſemper quando debebant fieri aliquæ leges nouæ, quòd populus, & plebs congregari poſſent. Et ideo viſum fuit populo, quòd ſenatores poſſent iura condere ſine populo, & plebe, & ſic quando congregabatur populus, conſul ſenatorum interrogabat. Nonò, quid eſt principis placitum? Dicitur lex Imperialis. nam quod principi placuit, pro lege ſeruatur. Decimo

ADDITIO. Et ideo dicit Ioan. Fab. q̄ in ſupplicando pro præbenda eccleſiæ cathedralis, ſpecificatio ipſius eccleſiæ vitiaret quia ſufficit, q̄ dicat, in eccleſia Lugdu. vel Pariſienſi. & quòd ita de facto vidit obſeruari.

k ¶ Ius. ‡ ſciuile Romanorum, ſi eſt proprium: vel generale, ſi eſt factū vt ſit generale.

l ¶ Vergilius ‡ idem in apoſtolo nam Paulus in diuina ſcriptura intelligitur. Item vbi dicitur ſapiens, intelligitur Salomon.

Diuiſio.

¶ IVS AVTEM. ¶ ! Primò ponitur vnum dictum. Secundò ponitur ratio, quare ius gentium fuit inuentum. Tertiò ponitur effectus: ſiue ponuntur inuentiones iuris gentium. Secunda ibi, Nam uſu. Tertia ibi, Bella.

¶ CASVS. Quamuis in ſuperiori §. tractauerit de iure gentiū & ciuili: quia tamen de iure gentium non tractauit ibi plenè: ideo hic plenius tractat, reperendo etiā de eo quod dixerat: Et diuidit hūc §. in tres partes: ſicut ſ. dictum eſt. In quarum prima parte dicitur, q̄ ius gentium eſt commune omnibus hominibus de mundo. Secūdò reddit rationem, quare ius gentium fuit inductum: quæ ratio talis eſt, Homines indigebant aliquibus ſtatutis: & ideo multa inter ſe ſtatuerunt, quæ dicuntur ius gentium. & maximè bella, & captiuitates, & ſeruitutes ſunt à iure gentium: quæ ſeruitutes ſunt contrariæ iuri naturali: quia de iure naturali omnes homines liberi naſcebantur. Tertiò dicit, q̄ ex hoc iure gentium ſunt introducti: quaſi omnes contractus: de quibus multa exempla ponit in textu. hoc dicit uſque ad §. conſtat.

m ¶ Ius autem ‡ autem pro ſed. & repetit de iure gentium, ut aliquid addat.

n ¶ Omni humano ‡ Sed nunquid plura humana genera ſunt? Reſpō. non. expono [a] ergo. i. omnibus hominibus.

o ¶ Nam vſu ‡ ab initio enim pauci erant homines: indiguerunt tamen aliquo communi vſu: & quanto plures fuerunt, tanto magis ſuas cōſuetudines habebant, & ſtatuta: puta vt nullus uineam, vel hortum alterius intraret. & hoc ſequitur, & probatur. ff. de iuſtu. & iure. l. ex hoc iure.

p ¶ Bella. ‡ ſed quomodo à iure deſcendit bellum, cùm ſit à iure prohibitum: vt ff. de vſufr. l. æquiſsimum. Reſpon. loquitur de eo, quod à populo Romano eſt indictum hoſtibus: vt ff. de cap. & poſtli. reuer. l. hoſtes. §. in bello [b]. Item propulſare violentiam: quod eſt licitum: vt ff. de iuſti. & iur. l. vt vim & ff. de vi & vi arma. l. j §. vim vi. cum moderamine tamen ut C. vnde vi-l. j.

ADDITIO. In quo moderamine requiritur primò debita inſtrumentorum proportio: quamuis ſecundum Io. Fab. aggredientem ſine armis poſſim cum armis repellere, ſi aliàs turpē me defendere nequeo. Secundò q̄ fiat inculpatæ tutelæ grantia in defenſione e perſonę: vel antequā duerta tur ad extra antes actus, in defenſione rerū. Tertiò q̄ non ad vindictam quo attenditur modus facti, qualitas perſonarum, & potentia. Et nota ſecundum Iaſ q̄ ipſa propulſio eſt de iure naturali: ſed cum moderamine, eſt de iure gentium, ſecundum Ange. hic.

q ¶ Initio] ſed nunquid hodie? Quidem dicunt ſic nos contrà. Nā ſeruus natur, vt J. de iurepa. §. ſeruī & ff. de nata. reſti. l. interdum Acc.

r ¶ Penè] penè dicit ſ propter quatuor contractus: vt propter ſtipulationē: vt J. de ac. §. de conſtitura. Item propter literarum obligationē: vt J. de lit. oblig. Item propter contractum emphyteuticū: vt J. de loca. & conduc. §. adeò. Item propter ſponſalitiam largitionē, i. donationē propter nuptias. ut in auth. vt ſpon. larg. §. j. & ij. colla. ix. Et nota q̄ hic dicitur omnes contractus eſſe de iure gentium: ſed non omnes obligationes. nam quæ ex maleficio vel quaſi ſunt, non ſunt de iure gentium, ſed vel à lege xij. tabularum, uel ab alia lege.

& seruitutes, & contractus: quibusdam exceptis. h. d. usque ad §. Constat. Areti.

ADDITIO. Prout gl. loquitur in quaſi maleficiis approbatur: quia in his contingit aliquem obligari ex facto alieno: quod ius gentium non conſiderat, ſed prout loquitur in maleficiis, reprobatur per l. j. ff. de fur. vt per Ang. & Chriſto. hic.

s ¶ Innumerabiles. ‡ id eſt, non facilè ad numerandum habiles: ut J. de re corpo. & incorpo. in princip.

¶ CONSTAT. ¶ Diuidit iſte §. in tres partes. Primò ponit dictum bimembre. Secundò ponit exemplum primi membri. Tertiò, exēplum ſecundi membri. Secunda ibi Scriptum. Tertia ibi in §. Ex non ſcripto. Ité ſecunda ſubdiuiditur in duas partes. Primò ponit quid eſt ius ſcriptum. Secundò ponit exempla. Secūda ibi, Lex.

¶ *Per hunc tex. Paul. dicit verbū hoc gentes cōprehendere mares, & fœminas.*

Diuiſio.

† Abeſtī Th. etali quot lib.

† Deeſt Th. & alij excep. ut ex paulo

† nāturā. Theo.

timo, reſpondet cuidam tacitæ quæſtioni. Nam poſſet aliquis quærere, Quare princeps poteſt legem facere? Reſponſio. Quia populus Romanus tranſtulit in eum principem omne ius ſuum, & imperium: & maximè poteſtatē legis condendæ. Vltimo dicit, quòd Imperator poteſt facere legem, vt dixi, ergo id quod inſtituit Imperator, ſeruatur pro lege, etiam ſi in modum

† ex non ſcripto

¶ CASVS In hoc prin. dicit Iust. q̃ est quędam alia tutela, quæ appellatur fiduciaria: quæ habet locum in tali casu, Si parens filium, uel filiam, uel nepotes, uel neptes ex filio, uel deinceps impubes res emancipauerit: ipse legi. tu. eorũ nanciscitur. sed mortuo ipso parente, eorũ deniq; legitimo tutore, si liberi eius uirilis sexus perfectę ætatis extiterint, ipsi eorundẽ impuberũ emancipatorũ post obitũ parentis fiduciarii tutores efficiuntur. Et hæc dicunt usq; ad §. atqui. ubi dicit Iust. q̃ hoc uidetur stare nõ posse: & hoc tali ratione: quia si patronus legitimus tutor libertorũ impuberũ decesserit, liberi eius in eadẽ tutela ipsi parẽti succedũt, & simi liter legitimi tutores efficiuntur. à simili uidetur in casu proposito, q̃ sicuti pater legitimus tutor erat, ita & filii sui in eadẽ tutela ei debeant succedere, & similiter legitimi tutores existere. h. d: usq; ad uersi. quoniam. ubi rñ. Iusti. ad opinionẽ prædictã in hũc modum: non est mirũ si secus sit in casu proposito de filio patroni. Nã in casu proposito, si filius defuncti qui in fiduciariã tutelam fratris recidit, in potestate patris sui semper fuisset, post mortem patris sui iuris effectus fuisset, nec in potestatẽ fratrũ suorũ aliquatenus recidisset: & sic nõ eodẽ iure fuisset apud fratrẽ, quo extiterat apud patrẽ: ũsi nec in eadẽ tutela erit apud fratrẽ, in qua erat apud patrẽ. Sed secus est in liberto. Nã si seruus in potestate dñi tẽpore mortis fuisset, eodẽ iure post mortẽ dñi futurus esset apud liberos ipsius dñi. in quo extiterat apud ipsũ dñm uiuentẽ. nec igit mirũ, si idẽ manumissus incidit in eandẽ tutelã, apud liberos patroni, i qua fuerat apud ipsum patronũ. Et hoc usque ad illũ §. ita tamen. Fran.

b ¶ Est & alia tutela. § i. alio nomine uocata.

c ¶ Fiduciaria appellatur. § de qua dicitur j. §. quo defuncto. Acc.

d ¶ Impuberes § nam si puberes non erit eorum curator legitimus: ut ff. de excu. tu. l. amicissimos. §. lucius [a]. Arg. contra. in auc. ut hi qui ob. se hab. per. §. j. coll. vj. Ioan.

e ¶ Manumiserit. § i. emancipauerit: ut ff. quando act. de pecu est an l. j. §. j. & facit §. ti. j. & ff. de leg. tutela. §. fi. & l. seq.

f ¶ Quo. § [f] patre sa. qui erat tutor filiorum, & nepotum. Acc.

g ¶ Si liberi. § qui remanserunt in potestate patris Idẽ puto, & si filii. fuerunt emancipati. Si autem tam impuberes, quàm puberes remanserunt in potestate, ipso iure recidunt in potestatẽ sui patris, illi qui filii sunt: sed fratres recidunt in tutelam fiduciariam semper: ut §. quib. mo. ius pa. pot. sol. §. j. & §. de tut. §. permissum.

ADDITIO. Istam gl. reprehendit Ia. quia tunc erit legitima ex mente & uerbis l. xii. tab. per tex. in terminis in l. tutor. in prin. ff. ad uellcia.

h ¶ Filiorum suorum. § f. nepotum defuncti.

i ¶ Sororis. § sed certè frater uidetur esse legitimus: ut C. de exce. l. aduersus. quæ est contra. Sed certe qui fiduciarius est legitimus est per interpretationem: licet aliud nomen habeat, scilicet, fiduciarius: & illũ re spectum habuit ibi, ut legitimum fiduciarium appellaret.

ADDITIO Istam gl. so. reprehendunt cõmuniter omnes doct. hic per hunc text. in uer. atqui, & ad contrarium respondent, quòd loquitur in fratre non emancipato, quem inter agnatos uocat lex xii. tab. secus in emancipato: ut hic.

K ¶ Atqui. § pro certè, aliàs atquin. & tunc dic at pro sed: & quin pro certè. & est oppositio, quare filii patronorũ sunt legitimi ut §. de le. pa.

filium, aut filiam, nepotẽ, aut neptem ex filio, & deinceps, impuberes emancipauerit, legitimus eorum tutor erit.

De fiduciaria tutela.
TITVLVS XIX.

¶ *Defuncto patre, uel auo, legitimo tutore impuberis emãcipati, alius liber uirilis sexus, & maior uigintiquinque annis, erit fiduciarius tutor, non legitimus: secus in filio patroni, qui erit legitimus tutor liberti, ut patronus. h. d. Are.*

Est & alia[b] tutela, quæ fiduciaria[c] appellatur.

¶ Nam si parens filiũ uel filiam, nepotem, uel neptem, uel deinceps impuberes[d] manumiserit, [e] legitimam nanciscitur eorum tutelam.

¶ Quo[f] defuncto, si liberi[g] eius uirilis sexus existant, fiduciarii tutores filiorum suorum[h], uel fratris, uel sororis[i], & cęterorum efficiuntur. ¶ Atqui[k], patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoq; eius legitimi sunt tutores: tutu. j. rñ. & isti filii nõ sic. ad quod respondet: quoniã filius &c. Sed hęc ratio non tenet, nisi inter fratres, qui non dicuntur recidere in potestatẽ fratrũ suorũ: sed filii, i. nepotes erãt recasuri in potestatem: ergo in tutelã legitimã[b]. Sed respondeo, nõ recidũt filii iure hæreditario in potestatẽ: sed iure paternitatis, & filiationis. At seruus si nõ esset manumissus, iure hereditario erat futurus seruus apud filios dñi: & nisi essent hæredes, non essent dñi, sed filius etsi non sit hęres patris, tamen filiũ suum in potestate habet: ut §. qui. mo. ius pa. po. sol. §. j. Erat & alia ratio iure ueteri: quia emancipatione tollebatur ius agnationis, minima ca. di. etiã inter patrem, & filiũ, nisi esset emancipatus, contracta fiducia, nedum inter fratres: ut C. de legi. tu. l. iiii. & §. de legi. agna. tu. §. fi. sed hodie corrigitur: ut d. l. iiii. C. & j. de legi. agn. suc. §. fi. Vnde dicunt quidam, ut Azo, hodie fiduciariam esse legitimam ex uerbis, & sententia l. xii. tab. ex quo hęc secunda ratio cessat: sed potest dici contrarium: quia remanet prima.

ADDITIO Forsitam facilius, & melius habebitur intellectus totius tit. si dixerimus solos fratres, tutores fiduciarios suorum fratrum. & nunquam filiorum suorũ: & exponamus textũ in principio filiorũ suorũ, i. decuncti, uel fratris: & exponat uel, pro, ideſt, ut sit sensus, quòd liberi uiri lis sexus perfectæ ætatis, sint tutores fiduciarii fratrũ suorum, qui sunt filii patris defuncti, ut notum est. & hoc euidenter apparet per rationẽ, quam subiungit tex. ubi sola de fratribus mentio fit. Iason.

l ¶ Recideret. § dicunt quidam, quòd si non esset emancipatus, non erat futurus in potestate fratris, sicut erat patris: & ideo emancipatus non ita erit apud fratrem, sicut erat apud patrem, i. in simili tutela.

m ¶ Nec in tutelam.] s. legitimam, sed fiduciariam. Accu.

n ¶ Eodem iure. § seruus enim si non manumittatur, erit in potestate filii patroni iure hęreditario: sed filius in potestate patris, iure patriæ potestatis. Accu.

¶ ITA TAMEN. ¶ CASVS Domine, Vos dixistis mihi, quod mortuo patre, legitimo tutore impuberum liberorum emancipatorum, cæteri liberi eorundem fiduciarii tutores erunt. Est ne hoc generaliter uerum sine distinctione ętatis? Rñ. q̃ nõ. Nam impuberum emancipatorũ liberi uirilis sexus nanciscuntur tutelam, si legitimam ętatem, i. xxv. an. compleuerint. quod nostra constitutio non solum in fiduciariis tutelis, sed generaliter in omnibus tutelis, & curationibus obseruari præcepit. Et hæc usque ad fi. Fran.

o ¶ Perfectæ. § i. xxv. annorum. nam quoties fit mentio de ætate perfecta, uel de maiore annis, de xxv. annis intelligitur: ut C. de iis qui ue. ætа. impe. l. fi. & ff. de leg. iii. l. filio. §. fi. Aetas perfecta quæ est.

ADDITIO Et per quę alia uerba intelligatur hęc ætas: & an ille minor possit esse executor ultimæ uoluntatis, procurator, iudex, arbiter, aduocatus, de ancianis, uel de alio regimine ciuitatis: uide Ang. hic.

p ¶ Constitutio. § ut C. de leg. tut. l. fi.

q ¶ Præcepit. § l. ut sit perfectæ ætatis. & est ratio: ut j. de excu. tuto. §. minores xxv. annis. Accur.

¶ DE ATTILIANO TVTORE. ¶ Supra uisum est de testamentaria tutela & subsequẽter de legitima. Verũ q̃a celsate testamẽtaria & legitima, op[us] est, q̃uidere d̃ datiua: ideo subdit d̃ Attiliano tutore Por. Continuatio.

r ¶ De attiliano tutore. § i. de eo tutore qui dabatur per legem factã ab Attilio: ut in textu exponitur. Diuisio.

De Attiliano tutore, [r] & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.
TITVLVS XX.

¶ *Deficiente testamentario, & legitimo tutore, olim datiuus dabatur ex lege Attilia per prętorem cum tribunis in ciuitate, in prouinciis per præsides ex lege Iulia, & Titia, hoc dicit secundum Are.*

Si cui[l] nullus omnino tutor fuerat[a], ei dabatur in urbe quidẽ[t] à prætore urbano, & maiore[b] parte tribunorum plebis, tutor ex lege Attilia: in prouinciis uerò à præsidibus prouinciarum, ex lege Iulia, & Titia.

¶ *Quoties spes est testamentarii tutoris, & pendet, datiuus habet locum: qui tutor est quousque testamentarij impedimentũ cessat. Aret.*

¶ Sed & si in testamento tutor sub conditione, aut ex die[c] certo datus fuerat: quandiu cõditio, aut dies pẽdebat, ex eisdẽ legibus tutor alius interim[t] dari poterat[d].

¶ Item si purè datus fuerat: quãdiu ex testamento nemo[e] hæres existebat[f], tandiu ex eisdem legibus, tutor petendus erat: qui desinebat[g] esse tutor, si conditio[h] extiterat, aut dies uenerat, aut hæres extiterat.

¶ *Impedimento superueniente tutori testamentario, quod tamen speratur tolli de iure communi, datur interim tutor aiudice: qui desinit esse tutor, impedimento testamentarij cessante. h. d. Are.*

¶ Ab hostibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur[j]: qui[k] desinebat esse tutor, si is, qui captus erat, in ciuitatẽ reuersus fuerat. nam reuersus recipiebat tutelã iure postliminii[l].

[t] al. deest, alius interim.

a ¶ Tutor fuerat. § f. ex testamento. Nam quanduı testamentaria tutela supereſt, non est locus alii. Item nec legitima: nam nec datiua tũc locum habet: ut C. qui dare tu. pos. l. si fororis.

b ¶ Et maiore. § i. duobus. Erant enim tres: ut argu. C. de of. præt. l. ii. & ff. de orig. iu. l. ii. §. eisdem.

c ¶ Ex die certo. § ut a paschate in antea sis tutor.

d ¶ Dari poterat. § & hodie datur: [a] ut ff. de testa. tute. l. si quis sub cõditione.

e ¶ Nemo. § nam si unus de plurib. hæredib. adierit, ualet tutela: ut ff. de test. tut. l. si nemo. [b] Idem in libertate in testamento relicta: ut ff. de testa. manu. l. testamento. § testamento.

f ¶ Existebat. § Sed quid si nullus fuit institutus cum pupillo: si d tantum pupillus est hæres? Potest dici, quod authoritate iudicis adeat: ut C. de iure delib. l. si infanti, & tunc ualebit tutela, & incipit tutor admi nistrare. Acc. ADDITIO. Vide plenius hanc quæstionem per gl. in l. si nemo. i. ff. de testa. tute.

g ¶ Desinebat. § Id est, ille qui sic erat datus in subsidium desinebat, cum testamentarius uenit, ut subiicit.

h ¶ Conditio. § Hic tutor tacite usque ad diem, uel conditionem exi, stentem datur, expresse nõ potest: ut ff. de reg. iu. l. actus. ADDITIO. Quod procedit in conditione intrinseca proueniente ex natura, rei se cundum Christophorum: ut hic, & l. muto. §. sub conditione. ff. de tute, sessionis: uel ratiõe domicilii: ut ff. e. de tuto. & cura. l. j. § ulti. & l. diuus. Si autem in altero horum trium locorum non inuenitur, sed in quarto loco reducendus est ad alterum locum de his tribus: & ibi tutelam accipiet: ut C. qui pe. tuto. uel cu. l. j. Accur.

i ¶ Petebatur. § nec erat locus legitimæ: ut ff. de leg tu. l. j. §. si apud.

k ¶ Qui desinebat. § iste talis qui erat datus in subsidium.

l ¶ Iure postliminii. § quo iure etiã omnia alia recuperat: ut §. quib. mo. ius pa. po. sol. §. fi ab hostibus. nec de administratis interim tenetur. ff. de hic reuersus: ut ar. ff. si quis cau. l. iiii. §. illud sciendum.

¶ SED EX HIS ¶ CASVS. Domine, iam uidi à quibus secundum iura antiqua dabantur tutores, dicatis mihi, si placet, qualiter illa iura antiqua correctionem receperunt. Et certè dicit ipse, frater, postquam cõsules cœperunt dare per inquisitionem tutores pupillis utriusque sexus, & prętores per constitutiones nostras: tunc ex supradictis legibus defierũt tutores dari. Nam in illis legibus, neque de cautione à tutoribus exigenda, neque de administratione tutelæ, quicquam cauebatur. Et hæc dicuntur usque ad illũ §. sed hoc iure utimur. Fran.

m ¶ Sed ex his. § nunc recitat secundum ius: nam quatuor sunt iura quæ in hoc titulo notari possunt.

n ¶ Legibus. § f. Attilia, & Iulia, & Titia: ut §. eo. tit. in prin.

o ¶ Postea quam primo. § alias quam primum.

p ¶ Ex inquisitione. § f. inquirẽdo facultates eorũ, an sint pares oneri iniuncto: ut j. de excu. tu. §. sed & propter. Item bona conuersatio requiritur: ut & alias in patre arrogatore: ut ff. de ado. l. nec ei. §. eorum. & §. de adop. §. cum autem. Tutores dans quid inquirere debeat.

q ¶ Nam supradictis. § Bene dico quod desierũt per has leges tutores dari, posteaquam consules dederũt ex inquisitione: & bonum fuit propter duas rationes quas ponit. Nam, pro quia &c. al. iurisdictione.

r ¶ Fore. § hanc cautionem præstant tutores, & curatores: ut ff. rem pup. sal. fo. l. non quasi. §. j. & l. & si ad species.

s ¶ De compellendis § f. captis pignoribus: ut j. de satisda. tut. §. pen.

¶ SED HOC IVRE. ¶ CASVS. Dñe. iam uidi qualiter iura antiqua correcta fuerunt, & qualiter secũdum mediã iuris prudentiã tutores dabãtur. Ideo dicatis mihi si placet, a quibus dantur hodie tutores, secundum iura moderna? Ad hoc rñ. Imp. Amice, hoc iure hodie utimur, ut præfectus urbis, uel prætor, secundũ suã iurisdictionem, & in prouinciis præsides, tutores pupillis possint dare. Et non solũ præsides, in prouinciis hoc facere possunt, sed etiã magistratus, delegatione eis facta à præsidibus, uidelicet si non sint magnæ facultates ipsius pupilli. Et hæc ita obtinebant primo tẽpore nostri imperii. Nos tamen postea, quia difficultatem esse in expectanda iussione præsidum pendimus huiusmodi difficultates hominum per constitutionẽ nostram resecare curauimus. Vnde in constitutione nostra statuimus, ut si facultas pupilli usque ad quingẽtos solidos ualeat, defensoresciuitatis, una cum eiusdem ciuitatis religiosissimo episcopo, uel alię publicę personæ, i. magistratus, uel iudices Alexandrię, nõ expectata iussione præsidũ, tutores uel curatores dare possint, legitima cautione, rem pupilli soluam fore, secundum eiusdem constitutionis normam, à tutoribus interponenda: eorum uidelicet periculo, qui huiusmodi satisdationẽ accipiunt. Et hæc usque ad illum §. impuberes autem. Franc.

t ¶ Sed hoc iure utimur. § Hoc est tertium ius, quod erat tempore Iustiniani: & hodie est quartum additum, quod est j. proxi. §.

u ¶ Præfectus. § ad præfectum cognitiones criminales[c], ad prætorem ciuilia negotia ueniebãt: ut patet ff. de offi. præ. ut. per totũ tit. & ff. de off. prætoris per totum ti. Sed tutelam dabant uterque, ut hic. Accur.

x ¶ Iurisdictionem. § præfecti urbis est iurisdictio usque ad c. miliaria: sed prætoris Romæ tantum: ut ff. de off. præfect. ut. l. j. §. cum urbe. & in summa Azo. de offic. prætо. Dabunt ergo eum, & ei qui est de sua iurisdictione: ut statim in præside notabis.

y ¶ Creent. § l eum qui est de sua iurisdictione dabit: ut ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. ius dandi. Si uero ibi nõ inueniãtur idonei, etiã in alio loco quærer, & præsidi nunciabit. ut ff. e. de tuto cura. da. ab his. l. diuus. Item ei qui sit de sua iurisdictione, uel ratione originis, uel ratione possessionis: uel ratiõe domicilii: ut ff. e. de tuto. & cura. l. j. § ulti. & l. diuus. Si autem in altero horum trium locorum non inuenitur, sed in quarto loco reducendus est ad alterum locum de his tribus: & ibi tutelam accipiet: ut C. qui pe. tuto. uel cu. l. j. Accur. † al. crearent.

z ¶ Iussu præsidum. § ergo delegatur. Sed cõtra ff. de tut. & cur. da. l nec mãdante. Sed ibi mandatũ est, quod nõ importat necessitatẽ: ut hic iussus, qui importat: ut ff. quod iussu. l. j. §. j. & ff. man. l. j. Vel ibi erãt magnæ facultates pupilli, hic paruæ. Sed certè, & si sint paruæ, adhuc uidetur idẽ. Nam datio tutelæ est mixti imperii: ut ff. de tutelis. l. muto. §. tutoris datio. ob id dicit, q̃ tutoris datio ill. soli cõpetit, cui nominatim hoc dedit, uel lex, uel senatusconsultũ, uel princeps: ergo nõ potest delegari: ut ff. de off. eius cui man. est iur. l. j. primo rñ. Sed dic quod non põt delegari non habenti iurisdictionẽ, sed habenti sic: ut ff. eod. de tuto. & curato. da. ab his. l. ius dandi. & hic dicitur. Sed quæ sunt magnæ facultates: † Imò etiã ciuiles fecũdũ Ang. & Ia. ut l. j. § quies. & cura carnis. & l. iti. de offi. præfec. urb. Et sic nõ obst. l. solemus. § latruncularior. ff. de iudic. suffi. citem dare instãtiam, ut not. gl. j. q. j. c. sicut urgeri. Pupillus in tribus locis potest tutorem petere † Sed sponte. tancã. obsequii præstationem. Aeg. Perri. Facultates quæ dicantur magnę.

tates: Rñ quinquagintę aureiut C. de defens. ciui. l. prima. Vel decē libræ aurifut in aut. de app. §. fecūdo. colla. iiii. uel ccc aureiut in auth. de defen. ciui. §. & iudicare. collat. iii. Vel uerius usque ad quingentos solidos, sunt paruę: si ultrà, sunt magnæ: ut infrà, proxi. §.

ADDITIO. Quod est uerū, quo ad materiā istā: alias autem re inquiritur iudicis arbitrio, iuxta cōsuetudinē, uulgi opinionū, & qualitatē personarum, ut hic per doct.

a ¶ Per constitutionem. ‡ quā nō habemus.

b ¶ Ut sibi. ‡ i uelegatione, siue præcepto. Nam in hoc differt à mādato quia mādatū ex uoluntate est, sed iussus necessitatis: ut ff. quod iussu. l. j. §. ii. & ff. mand. l. j.

c ¶ Solidos. ‡ i. aureos: ut j. d pœ. te. li. §. fi. ² quorum septuaginta & duo faciunt libram auri: ut C. de suscep. & arc. quoties. lib. x.

d ¶ Vna. ‡ i. simul.

e ¶ Vel alias. ‡ hoc qñ extra ciuitatē, ut in municipio. nam magistratus municipalis dabit.

f ¶ Alexandrinæ. ‡ hoc quando tutor datur in ciuitate Alexandrina.

g ¶ Eorum. ‡ Trabellio num, & aliorum. non uero ipsorum maiorum iudicū, qui habent potestatem dandi tantū: ut j. de fasti. tut uel cura. §. pe. & §. fin. qui sunt contra.

h ¶ Eam. ‡ scilicet satisfactionem.

¶ IMPVBERES AVTEM.

¶ CASVS. Domine, iam uideo à quibus dabantur tutores olim in iure antiquo: et etiā qū bus dantur hodie secundū constitutionem uestrā, p deo dicatis mihi, si placet, qualiter huiusmodi impuberes sunt in tutela? Ad hoc rñ. Imper. Amice certè naturali ratione conuenit, & etiam iuri consentaneum est, ut impuberes in tutela sint: ut uidelicet, illi qui perfectæ ætatis non sunt, aliter non tutela regantur. Sed domine Impe. dicatis mihi, si placet, quo iure cogunt tutores, finita tutela, reddere rationem suę administrationis? Ad hoc rñ. Imper. Amice, cum tutores pupillorum, pupillarumq; ne negotia administrēt, finita administratione, actores tutelæ rationē administrationis suæ reddere compellūtur. Et hæc usque in fi. Fran.

i ¶ Impuberes. ‡ hic §. est generalis ad oēs præcedentes tit. de tutelis.

K ¶ Iuri. ‡ id est, æquitati.

l ¶ Gerant. ‡ alias egerunt, id est, gesserunt, alias gerunt.

m ¶ Post pubertatem. ‡ l. d & ante si finita tutela fuerit prius: ut ff. de tut. & ra. dis. l. nisi finita. alias (i. nisi esset finita tutela) non nascitur actio tutelæ sed alię actiones natæ sunt, sed non exercentur: ut ff. de tut. & ra. dis. l. fi. tutor. §. fi. & l. sed non dantur.

ADDITIO. Ratio diuersitatis est, quia actio tutelæ est generalis: & sufficit eam semel nasci. & non sæpius per singulas causas secundum Ia. Rug. tamē tenet cōtra istam glo. & de casibus in quibus possit exerceri, etiam durante tutela se remittit ad notata in l. ii. C. de admi. tuto.

n ¶ Tutelæ iudicio. ‡ i. actione tutelæ, quæ datur in simplum, & propter dolū, & culpā latā, & leuem. Est alia actio, qua tutor tenetur, scilicet de rationibus distrahendis: sic enim nominat, ut ff. de cōtra. act. tut. l. ii. & datur in duplū, & propter dolum tantū: & in duplo continet rei persecutio. Prior datur contra tutorem, & cōtra hæredes, posterior cōtra tutorem tantum. ut ff. de tut. & ra. di. l. j. §. pe. & l. ii. Item una intenta, altera denegatur: licet plus sit in ea & econtra: secus in actione tutelę & furti, quæ secum competit. ut ff. de tute. & ra. dis. l. j §. in tutela.

Actio tutelæ, & actio de rationibus distrahendis differunt.

¶ DE AVCTORITATE TVTORVM.

¶ Dictum est suprà qualiter tutores creantur: hic quando creati sunt, qualiter se regere debeant, & auctoritatem præstare. Aret.

Continuatio.

AVctoritas autem, ‡ ¶ Totus iste tit. diuiditur in tres partes principales. Primo, ponit in quibus necessaria est auctoritas tutoris, & in quibus non. Secundo, quando ista auctoritas debeat impertiri. Tertio remouet quoddam dubium. Secunda ibi, Tutor autem. Tertia ibi, Si inter tutorem. Item prima pars usque ad §. neque tamen. subdiuiditur in quatuor. Primo ponit dictum bimembre. Secundo, exēplificat quodlibet ex dictis mēbris. Tertio rationē annectit. Quarto infert, & illationem clarificat per exempla. Secūda ibi, Vt

Diuisio.

† al. hominum.

† Solidus quid significet, uide Budęū li. v. de asse, & partibus eius, quo loco explicat quid dicatur libra auri, in iure. Mandatū & iussus differunt.

a. Ex quo infert. Iaſ. quod statutū loquens de moneta simpliciter debet intelligi secundū præsumptionē alterius statuti. Sed inter contrahentes, talis locutio intelligitur secundum communē cursum regionis.

¶ Nos autē per constitutionē a nostram, huiusmodi difficultates omnino † resecantes: nec expecta ta iussione b præfidū disposuimus, si facultates pupilli, uel adulti usque ad quingentos solidos c ualeant: defensores ciuitatū unà d, cum eiusdē ciuitatis religiosissimo antistite, uel e alias publicas personas, id est, magistratus, uel iudicum Alexandrinæ f ciuitatis, tutores, uel curatores creare, legitima cautela, secundum eiusdem constitutionis normam præstāda, uidelicet eorum g periculo, qui eam h accipiunt.

¶ Æquum est, ut regatur impubes, qui nescit se regere. Et, finita tutela, ratio tutelæ reddi debet. Aret.

¶ Impuberes i autē in tutela esse naturali iuri k cōueniens est: ut is, qui perfectæ ætatis nō est, alteri⁹ tutela regatur. ¶ Cū ergo pupillorū pupillarumq; tutores negotia gerant l, post pubertatē m, tutelæ iudicio n rationem reddunt.

De auctoritate tutorum.

TITVLVS XXI.

¶ Vbi pupillus alij obligatur, uel minuit patrimonium suum, est necessaria tutoris auctoritas. h. d. Ang. Aret.

¶ Nec; tamen hæreditatem u adire, nec; bonorum x possessionem petere, nec; hæreditatē ex fideicommisso, ex SC. Trebel. † suscipere aliter possunt, nisi tutoris a auctoritate, quamuis illis lucrosa sit b: ne ullum c damnum habeant d.

¶ Tutor presens debet auctoritatem interponere, alias non ualet. Are.

¶ Tutor autem statim in ipso negotio præsens debet auctor e fieri, si hoc pupillo p̄desse existimauerit f. Post tēpus g uerò, aut per epistolā h, aut per nuntiū interposita auctoritas eius nihil agit.

¶ Tutor non potest auctorare pupillo cū eo litiganti, sed dandus est curator: cuius officium finitur, finita lite. Aret.

¶ Si inter tutorem, pupillumq; iudicio i † agendum sit, quia ipse tutor in rem k suam auctor l esse non potest, non prætorius tutor (ut olim m) constituitur, sed curator n in locum eius datur o, quo interueniēte, iudiciū peragit, & eo p peracto, curator esse desinit.

Quibus modis tutela finitur.

TITVLVS XXII.

¶ Tutela finitur pubertate pupilli, quę in masculo est statim completo xiiij. ann. in fœmina duodecimo. Aret.

PVpilli q, pupillæque, cum puberes esse cœperint, à tutela liberantur.

† al. obligā tur. at intuī cē pupilli. b Intellige q̄ nalet aut ctoritas in cōtractib. ex quibus potest utili tatē repor tare, alias non, quia etiā cū auctoritatecu toris dona re non potest C. de admi. tut. l. non omni fecūdū Iaſ. & Per.

c De hoc quando cō tract. elan dicat, est bona glan ca. de alijs extra de de ipō. impu quā inde. & in ca. id ēta gl. fi ex tra de eo q dux in ma tri.

d Dic q hoc est ipso ciale fauore pupilli fecimum Ange. Bonorum possessio.

Perr. Iudicium utrū inter tutorē, & pupillum possit esse. e Et ista est cōis opi. si testator sci uerit: nō si ignoraue rit secundū Anto. f Pōt tamē in cōsequē tiam etiam ad propriā rem autho rare, & sibi soluere ac tradere rē debirā, etiā immobilē sine iudice ut l. fi. si tutelas ff. de contrah. emp. g Dic q ibi impropriè dicit iudex & testis. Continuatio. Tutelam ul tis modis finitur. Diuisio.

¶ Dictum est de ingressu tutelæ: & § ti j. de progressu, restat de fine: sicut est in operibus naturæ ingressus progressus, & finis Are. ¶ Notādum est, quod modi qui tutelam finiri faciunt, sunt octo: & ad istos omnes alii modi possunt reduci. Et sunt hi. Suspicio quando tutor remouetur tanquam suspectus. Crimen: quando propter crimē deportatur uel in seruitutē redigitur. Mors naturalis pupilli, uel tutoris. Cōditio adimpleta. Status. i capitis diminutio, ubi status muratur ut quando capitur ab hostibus, uel arrogatur. Ætas, scilicet pubertas. Tempus adueniens, sc. licet sit ad certum tempus datus si tutor & sit finitum tempus. Causa. quando propter aliquam causam tutor excusatur. Vnde uersus. Suspicio, crimen, mors, cōditio, status, ætas. Tempus, causa, solent tutelæ ponere metas,

PVpilli. § ¶ Totus iste titu. diuiditur in septem partes. Nam primò ponitur qualiter pubertate tutela finitur: & quæ sit pubertas. Secundo qualiter arrogatione, uel deportatione, uel seruitute pupilli, uel tempore finitione. Tertiò qualiter morte pupilli, uel tutoris. Quartò capitis diminutiōe tutoris. Quintò etiā minima diminutione pupilli Sextò propter aduentū tēporis, uel cōditionis. Septimò, ꝓpter remotionē factā de tutore. Secūda ibi, iste finitur. Tertia ibi, Simili modo. Quarta ibi, Sed & capitis. Quinta ibi, Sed pupilli. Sexta ibi, Præterea. Septima ibi, desinunt. Item prima subdiuiditur in tres. Nam primò ponit qualiter tutela finiatur pubertate. Secundò qualiter pubertas accipiatur, de iure antiquo. Tertio qualiter de iure nouo. Secūda ibi, Pubertatē. Tertia ibi, Nostra aūt. ¶ CASVS Domine, uos utilis tractare quib. mod. tut. fi. Dicatis ergo mihi alīque modum quo tutela finiatur? Ad hoc rñ. Imp. Amice, dico tibi generaliter, ꝓ pubertate pupilli uel pupillæ tutela finitur. Cū enim pupilli, pupillæue puberes esse cœperint, à tutela liberantur. Sed domine, dicatis mihi, qñ censentur pupilli ad pubertatē peruenire? Ad hoc respondet Impe. Amice, aliter olim æstimabatur pubertas in masculis, hodie aliter. Veteres enim nō solum ex numero annorum, sed etiam ex inspectione habitudinis corporis, pubertatem in masculis æstimari uolebāt: quam in fœminis, ex aspectu corporis æstimari, impudicum esse existimabant. Nostra aūt mansuetudo dignū putauit esse castitati temporū nostrorū, hoc quod ipsis antiquis in fœminis uisum est esse impudicū, in masculos etiam extendere. Et ideo sacram cōstitutionē nostrā promulgauimus, per quā cōstituimus, pubertatē in masculis, post decimū quartū annum completū initiū accipere: sed normā antiquitatis in fœminis per sonis satis bene positā, in suo statu integrā, & illibatam reliquimus: ut uidelicet ipsę fœminę post xii. an. cōpletos, put antiqui tus bene erat statutū, uiripotentes esse credantur. Secūdus modus finiēdæ tutelæ est, si pupillus dederit se arrogandū alicui. Qualiter autē det se arrogandū, uide §. de adop. Tertius est si pupillus deportetur. Quartus modus est si pupillus efficiatur seruus: ut quia cum sit libertus alicuius, reuocatur in seruitutē propter ingratitudinem. Quintus modus est si ab hostibus pupillus capiatur. Sextus modus est si alicui pupillo datus sit tutor in testamēto hac forma ut sit tutor usq; ad certa cōditionē: puta usq; dum nauis uenerit ex Asia. nā cōditione existēte desinit esse tutor. Septimus est, si moriatur pupillus, uel tutor. Octauus est si tutor patiatur maximā, uel minimā ca. di. quia cuiuscūque generis tutor sit, desinit esse tutor. Quid autē si patiatur tutor minimā ca. di. puta, quia arrogandum se dederit an desinat esse tutor? Rñ si legitimus erat tutor, bene desinit esse tutor: sed si erat testamētarius, uel datiuus, tunc nō desinit esse tutor Nonus modus finiēdæ tutelæ est, si pupillus patiatur quācunq; ca. di. quāuis de minima habuimus §. i secūdo modo Dicimus, si aliqui pupillo datus sit tutor in testamēto hac forma ut esset tutor, usq; ad certū tēpus: puta, usq; ad pascha. Nam aduenīēte paschate, desinit esse tutor. Vndecimus est, si à tutela remoueatur, tanquā suspectus: ut j. de sup. tu. & cu. per totū. Duodecimus, si iusta ex causa se excusauerit à tutela quā iā incœperat administrare: ut j. de excu. tu. p totū, h. d. usq; ad fi. ti. Fr.

Diuisio.

¶ Pupilli, ‡ no. quòd pupilli sunt, qui de potestate patris impuberes exierunt

Iudicare an iudex debeat secundum conscientiam.

exierunt,uel morte,uel emancipatione:ut ff.de uerb.sign.l. pupillus.j. ff.l.qui impropriè dicatur aliquando pupillus qui est in potestate.ut ff. de uerb.obli.l.h.q.fi pupillus.Accur.

a ¶ Ex habitu.ʒ i, ispectione utrū haberet barbam unā,uel alterā:ut ff.innuit. & fa ff. de mino.l. minor xxv.adito præside ex aspectu &c. Et not,pro opi. Mar qui secundū conscientiā dicebat iudicē debere iudicare & fa.ff. de feri.l.in fi, & ff.fi.reg.l.fi irruptione. §.fi.in glo.eo.Acc.

† habitudine.

† Dic, si quid est notum iudici ut iudici, debet iudicare secundū cōscientiam: si ut priuato, se cundū allegata & probata secundum Pore. Quod uerū in iudice qui est sub lege.nā si est supra ut Papa,& prineeps, utcunq; sit ei nota ueritas debet secundū eā iudicare. l. j. C. si aduer. uendi. Aegi.Perr. Psal. xiii.

† al. deest, existimans ʒ formam,

Mors omnia soluit.

a Ista ratio gl. reprōbatur p Ang. hic, qa naturalia sunt immutabilia: ut §.pe. ſ.de iur.naturali.

b Istud dictū gl. cōiter reprobāt doct.p l.iii.§ pen. ff. de legit. tut ut quia pater fit impeditus impedimento naturali, uel ciuili iudice hoc principaliter nō agēte, & qđ faciliter tolli nō pōt.

c Quod potest saltem cum cōsensu patris fe

canonista, notata per gl. in c. j. extra de off or. & de off. & pot. iu. dele. c. pastoralis.§. quia uerò in notula. argumen. contra Hug. ubi gloss. concludit iudicem secundum alleg. & probata debere in uomine domini iudicare,& consecentiā læsam deponere. Et ibi recitatur illud dictū palmographi: Trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Facit etiam gl. in §. fi minus.ʃ. de act. Opiniones in hac materia uariæ uariis in doctoribus inueniuntur, diuersa dantibus cōsilia: sed inter cætera uidetur conscientiam reddere tutiorem consilū Cepolæ, quod inter suas cautelas cōtinetur. Procureț (inquit) iudex in tali constitutus anxietate,apud accusatum,ut aliū in ipsius iudicis locum subrogari petat: ipsum eundem iudicem, in testem se producturū allegando. & eo pacto,iudex à iudicantis officio causa testimonii remotus,deponet pro accusato, quæ sibi dictabit conscientia: contra quā facere est ad gehennam ædificare.c. literas.§. nos autem.uersi. omne quod, de restitutione spoliatorum. Consilium illud quod re uera tutissimum putatur, fundamentum habet ex c. dilecto. extra de test.

b ¶ Hoc etiam.ʒ ſ. quod sit iudicandum per aspectum impudicum.

c ¶ Constitutione.ʒ ut C.quando tu.uel.cu.esse desi.l.fina.

d ¶ Credantur.ʒ facit ad hoc ſ.de nup.j.respon.

e ¶ Adhuc impuberes.ʒ i.in pupillari ætate adhuc existentes: ut hic, & ff. de ado.l.nec ei,§. eorum.& hoc cum consensu omnium tutorum; ut C.de aucto.præstan.l.fi.

f ¶ Redigatur.ʒ ex ingratitudine si sit doli capax, non autē ex uenditione:quia non nisi sit maior xx.annis, potest per uenditionem fieri seruus: ut ſ.de iur.perfo.§.pe.contra. est C.de inoffi.test.l.fi quis §.fi. Sed ibi de eo dicit qui doli capax non est,

g ¶ Certam.ʒ i.specificatam,ut quando Titius erit consul.

h ¶ Testamento.ʒ No. quod dicit testamento:nam a lege,uel iudice non sic:ut ff.de reg.iur.l.actus.

i ¶ Morte naturali ʒnam de ciuili iam dixit ſ.proxi,ſubi dixit de deportato,& seruo facto per ingratitudinem:quia mors omnia soluit, nedum tutelam,ut in aut.de nu.§.deinceps.in prin.colla.iiii.

K ¶ Libertas.ʒ & tunc maxima:ut ſ.de cap.di.§.maxima,Accur.

l ¶ Ciuitas.ʒ & tunc media,ut ſ.de cap.di.§ minor.Accur.

m ¶ Omnis tutela.ʒ eatam testamentaria uel datiua : cum ea quę sunt iuris naturalis,tollantur a ut ſ.de cap.di.§.quod autem.

n ¶ Si se in adoptionem.ʒ sed emancipatione filii,legitima tutela nō finitur : quia filiusfamilias legitimus tutor esse non potest cum scilicet pater eum præcedat:ut ſ.de ca.di.§.fi.b nisi in casu:ut cum manumittit seruum maternum delatum sibi:ut ſ.de legi.pa.tut.§ j.c.& tunc defertur cum sui iuris erit:ut ff.fami.ercis.l.ſi maritus.

o ¶ Legitima tantum.ʒ sed quare hæc legitima tantum perit? Rñ.quia agnatio perit minima cap. di.ut ſ.de leg.agn. tut §.fi. & legitima inter agnatos tm̄ consistit:ut ſ.de legi.agna.tut.j.resp. ADDITIO. Dic q hodie hoc non procedit:quia ita cognatis, sicut agnatis,defertur tutela : ut no.gl.ſ. de leg agna tute §. fi. sed cum iste licet capite minutus,remaneat cognatus,ut ibi habetur: ergo tutela potest deferri.facit l.j.cum gl. in in uer, prouidentia,& quod ibi no. Bar.ff.de legi.tut.

p ¶ Cæteræ.ʒ testamentaria.& datiua.secundum M & Azo.

q ¶ Licet minima sit,ʒut quia datur in arrogationem:ut ſ.e.§.j.Acc.

uel media, uel etiam minima pupilli omnis tutela finitur minima autem tutoris sola legitima finitur.

¶ Sed & capitis diminutione tutoris,per quam libertas k ,uel ciuitas l amittitur,omnis m tutela perit. Minima autem capitis deminutione tutoris, ueluti si n se in adoptionem dederit, legitima o tantùm tutela perit:cęteræ p non pereunt. ¶ Sed pupilli,& pupillæ capitis diminutio, licet q minima sit,omnes tutelas tollit,

¶ Temporalis tutela tempore aduenientę finitur.

¶ Prętereà qui ad certum r tempus testamento dantur tutores,finito eo,deponunt tutelam.

¶ Qui remouentur à tutela propter ſuspicionem,uel qui in perpetuum excusantur,tutores esse definunt. Are.

¶ Desinūt etiā † tutores esse qui uel remouentur à tutela , ob id quòd suspecti uiſi sunt: uel qui ex iusta sese causa excusant s, & onus administrandę tutelæ deponunt, secundum eą,quæ inferius t proponemus.

r ¶ Ad certum.ʒ idem si ad incertum tempus, ſ. ad conditionem: ut ſ.e. §. sed & y. quæ conditio ad esse , & ad non esse se habere potest:ut ʃ.de uer bo.obliga.§. cōditiones. Accursius.

s ¶ Excusent.ʒ scilicet in perpetuum : ut quia mutus. quod dic ut ff. de mino. l. uerum. §. ex facto.nam si ad tempus,nō definunt esse tutores : ut ʃ.de excu.tuto.& cura.§. item,qui reipublicæ.

t ¶ Inferius. ʒ ut ʃ. de suspec.tu.per totum:& ʃ. de excusa. tut. & cur.per totū. Et not. quod essē modis finitur cura , si quos habeant pupilli curatores,& eodem tempore:ut C.quādo tu.uel cu. esse de.l.j.Adultorum uerò curatores tunc finiūtur , cum uirilem uigorem compleuerit minor, scilicet xxv.annos , ut ff. de mi.l.j.in fi.& ʃ.titu j. respon.nisi ad certā causam uel speciem fuerint dati. Nam & tunc finito negotio, finitur officiū, ut ſ.titu j.§.fi. Item curatores aliorum quam minorum,ut ʃ.tit.j.§.furiosi.& §. sed & mente captus.tunc desinunt , quādo ſanā mentem prædictæ personę recipiūt : ut ff.de cur.fur.l.j.& §.fin

† autem.

ADDITIO. Not. quod eisdem modis quibus finitur tutela , finitur etiā auctoritas officii adiuncti tutori,quod est in multis casibus , ut ʃ. titu.j.§. interdum. in uerbo idoneus. & in l propter C.in qui.ca.tu. uel cu.ha .tut. Nam finito officio principalis etiam finitur illud coadiutoris adiuncti.l.j.C. quādo tut.uel.cu.esse desi. & ideo coadiutor datus debili,uel suspecto episcopo,de quo in c.uenerabili.extra de offi.dele.definet morte prælati esse per d.l.j.la.

TITVLVS. XXIII.

¶ Curatores dantur adultis usque ad uigesimumquintum annum completum : & ab illis magistratibus,a quibus tutores:nō autem testamento dantur, dati tamen confirmantur, inuitis autem non dantur , nisi ad litem. Are.

MAsculi quidem puberes, & fœminæ uiripotentes, usq; ad uicesimūquintū

¶ DE CVRATORIBVS.

¶ Finita tutela pupilli indigent curatoribus,ideo de ipsis subdit.

MAsculi.ʒ ¶ Totus iste tit. diuiditur in tres partes principales. Primo,ponit de curatoribus datis puberibus.Secunda de datis illis,qui laborant aliquo morbo uel uitio. Tertio,de curatoribus datis pupilli.Secunda ibi , Furiosi.Tertia ibi, Interdum. Item prima pars diuiditur in tres partes.Primo , qualiter puberibus dantur curatores.Secundo, a quibus dantur.Tertio , an inuitus quis cogatur curatorem accipere Secunda ibi,Dantur. Tertia ibi,Item iuuiti.Aret.

¶CASVS.Domine,uos uultis tractare de cur.dicatis ergo mihi,quibus dantur curatores & usque ad quantum tempus? Ad hoc rñ.Imper. Amice,masculis puberibus,& fœminis uiri potētibus a tēpore pubertatis , quo a tutela liberantur dātur cura.usque ad xxv.an.completum. Licet enim huiusmodi personę puberes sint, adhuc nihilominus ętatis tālis sūt,ut sua negotia rectè administrare nō possint, Sed pone.Domine, iam uideo quibus danter cur.dicatis modo mihi,a quibus dātur.Et rñ.Impe.quod curatores ab eisdē magistratibus dantur,a quibus tutores,& in hoc cōueniunt tur.& cur.sed certè in aliis differunt:quia licet tut.testamēto dantur,curator tamen testamento dari non potest.Sit tamen de facto datus fuerit curator, cōfirmatur ex sententia prætoris in urbe:& ex præfidis sententia,in prouincia.Item inuit adolescentes non compelluntur curatores accipere , licet secus sit in pupillis.& hoc uerum est,quod adulti inuiti non compelluntur curatores accipere præterquam ad litem.Tunc enim inuiti coguntur,licet tutor ad certā causam dari non potest, Et hæc dicūtur usq; ad illū §.furiosi quoque.Franciſcus.

Continuatio. Diuisio.

a ¶ Vicesimumquintum annum.ʒ nisi impetrent à principe ueniam ætatis masculi in xx.anno , fœminæ in xviij.ut C. de iis qui ue.æta.impe.l.j.& ii. Accursius.

b ¶ Magistratibus.ʒ id est à prætore,præside , proconsule , præfecto Aegypti:ut ff.de tut.& cur.da.ab his.l.j.Item à præfecto urbis,& à defensore ciuitatis,uel Iuridico Alexandrię ut ſ.de Attil tu. §. pe. & in aut. de defen.ciui.§.iusiurandum uersi. nulla. coll iii. & ff.de offic. præ.ur.l.j.§. item solent.

c ¶ Datus.ʒ de facto.

p ¶ Prætoris.ʒ scilicet in urbe.

e ¶ Præsidis.ʒ in prouincia.

f ¶ Non accipiunt.ʒ se cui in tutore: ut ff.de tut, & cura. da. l. necnon. & de tut.l. ii. ut diximus ſ. de tute. §. est autem. in glo.ii. Item uidetur contra. ff. de mino.l.j. in fin. Sed quod ibi dicit , non committi eis adultis res suas ante xxv.annum, pe rum est , ut sint rata,quę fiunt per eos , commūtun ut tamen ut hic, sed restituuntur. ut ibi, & ʃ. de actionibus. §. si quis agens.

g ¶ In litem.ʒ tunc enim cogitur a,sed pupillus in litem non cogitur: ut ff. de tute.l qui habet. §.fi pupillus.,quod expone ut ibi.Accur.

h ¶ Curator.ʒ q.d. nō dubites de hoc, licet aliud sit in tutore:ut ſ.qui da.tu.pos.§ certē.

¶ FVRIOSI QVOQVE. ¶CASVS

mine,iam uideo quibus dātur curatores ratiōe minoris ętatis & à quibus dantur, nunc quid sunt aliqui alii,quibus dātur curatores ? Rñ.quod sic.Nam quidam sunt quibus dantur curatores ,ratione inordinati cōsilii,uel ratione morbi:licet sint maiores xxv.ann Furiosi enim., & prodigi,quamuis legitimæ ætatis sint,tamen sunt in curatione agnatorum ex lege xii.tab.Deficientibus autem agnatis,solent præfecti urbis uel prætores,in defectum agnatorū,curatores dare,in prouinciis uerò,præsides ex inquisitione. Et non solum istis personis curatores dantur , sed etiam mente captis,& surdis,& mutis,& illis , qui perpetuo morbo laborant,qui suis rebus administrandis superesse non possunt, curatores dandi sunt.Et hæc usque ad illum §.interdum.Franc.de Aret.

i ¶ Furiosi quoque & prodigi.ʒ no.hos duos accipere curatorem à lege,a lii omnes sunt datiui,ut t. icte hic colligitur , & ʃ. proxi.§.& C.,de epis audi.l.de creationibus.Accur.

ADDITIO. Contra hanc glo.tenent Bal.Io.de Pla.Por.& Ia. hic: ut omnes accipiant à lege curatorem,qui ex defectu mentis ipsum sibi petere nequeunt,licet Ang.teneat cum glo.

k ¶ Sed solent.ʒ Agnatis deficientibus,uel non habilibus cōstitutis: ut C.de eu.fu.l.fi.§.finautem testamentum.Accur.

l ¶ Curatores dare.ʒ & hoc ratione furoris , uel dementiæ : nisi istæ personæ sint minores xxv.ann.& tunc ratione ætatis tutores,uel curatores recipiūt:ut ff.de tute.l.qui habet.§.quod autem b. Item nisi sint in potestate:ut C.de cura.fur.l.fi §.j.

m ¶ Dandi sunt.ʒ scilicet ab his quos modo in superiori §.diximus.

¶ INTERDVM. ¶ CASVS. Domine,iam uideo qualiter dantur curatores quibusdam maioribus xxv. an.nūquid aliquibus aliis dantur curatores,puta si legitimus tutor idoneus non sit,in subsidiū eius curator datur:quia alius tutor dari non potest.Habenti enim tutorem alius tutor nō datur. Et nō solū in subsidium legitimi tutoris datur curator, sed etiā quandoque in defectū testamētarii,uel datui datur curator.Si enim tutor testamētarius,uel à prætore, uel à præside datus non sit idoneus ad administrationē,nec tamen fraudulenter negotia pupilli administrat,solet ei in subsidiū curator adiungi.Item in locū tutoris, qui nō in perpetuū, sed ad tēpus ab administratione tutelæ, aliqua ratiōabili causa excusatur , solent curatores subrogari. Itē si tutor aliqua aduersa ualetudine , uel alia necessitate fuerit impedītus , ut negotia pupilli sui administrare non possit,& ipse pupillus uel absit,uel infans sit: poterit prætor in urbe,uel præses in prouincia,quē u lit actorē periculo ipsius tutoris,decreto suo pupillo constituere. Et hæc usque in fi.tit. Franc.

n ¶ Non sit idoneus.ʒ uel ratione paupertatis, uel quia non est industrius,ut decet: fidelis tamen est,& diligēs,alias repelleretur prorsus: ut ʃ.d suspect.tu.§.pe.& fi.& C.d suspec.tut.l.pietatis. Et bene dico cu

bus suis superesse non possunt) curatores dandi m sunt.

¶ Si tutor pupilli,cuiuscūque generis sit, non est idoneus, uel si ad tempus excusatur,datur pupillo etiam curator. Are.

¶ Interdum autem,& pupilli curatores accipiūt,utputa, si legitimus tutor non sit idoneus n : quoniam habenti tutorem , tutor dari o non potest. ¶ Itē si testamēto p datus tutor,uel à prętore,aut præside idoneus q nō sit ad administrationem , nec tamen fraudulenter negotia administret, solet ei curator adiungi. ¶ Item loco tutorum, qui non in perpetuum, sed ad tempus r , à tutela excusantur,solent curatores s dari.

¶ Si pupillus sit infans,uel absens, & tutor infirmitate, uel alia necessitate impediatur,potest actor pupillo constitui. Are.

¶ Quòd si tutor,uel aduersa t ualetudine;uel alia necessitate u impediatur,quo minùs negotia pupilli administrare possit, & pupillus uel absit x uel infans sit, quem uelit y actorē z †,periculo ipsius tutoris, prætor, uel qui prouinciæ præerit, decreto constituet.

ADDITIO. No.glo.magistrā quæ plenè ponit casus, in quibus pupillo habenti tutorē tutor datur. Sed contra finē huius glo.facit l.ii.C.de test.tut.ubi simul nō dantur, & tamē uterq; administrat.Sed dic.quod ibi simul dicuntur dari habito respectu ad tempus mortis quo uterque tutor confirmatur. Sed de hac materia plenius uideas hic per Ange.

p ¶ Item si testan.ento.ʒ posuit exemplum de legitimo,nunc de datiuo, & testamentario minus idoneo.

q ¶ Idoneus.ʒ id est sufficiens.

r ¶ Ad tempus.ʒ excusatur enim aliquis , quandoque in perpetuum, quādoque ad tempus:ut patet per multa exempla ʃ. de excu.tut.& cur. §.j.& quasi per totum titu.

s ¶ Curatores.ʒ uel etiam tutores:ut ſ.proxi.§.dixi.scilicet prout iudici uidebit:ut C.in quibus casibus tut.hab.l.j.& ii.Sed quid si tutor pupillo non sit,an dari possit curator? Respondeo sic.& argu.a contrario sensu sumitur.ff.de tut.& cur.datis ab his l.curator.quod est ualdum ff. de offic.eius cui manda.est iurisdi.d.l.j.§.huius rei. Accursius.

ADDITIO. Nisi sit contrarium legi l. nemo.C. de iurisdict. omnium iudicū.uel rationi naturali:ut C.de episcopis & clericis.l.cōuenticula.

t ¶ Aduersa ualetudine.ʒ id est infirmitate,quæ ualetudini,& sanitati contraria est.

v ¶ Necessitate.ʒ ut quia longo tempore abfuturus est:uel sua maiora negotia habet pertractare,uel alias similes necessitates:ut ff.de procura.l.filiusfamilias §.fi.& l.sequen & l.post litem.& l.ſequē. usque ad l.quæ omnia c. Et nisi huiusmodi necessitas sit , non potest secundum quosdam: ut C.qui dar.tutores uel curatores possi.l.curatorem.& l.curator. imo certè , & si quæcunque alia sit iusta quoquo modo : ut ff.de administra.tuto.l.decreto. f & hæc eadem sunt in curatore: ut C.de appella.l.fi actor.

x ¶ Absit.ʒ si enim præsens sit,& habet intellectū, etiā procuratorem cum auctoritate tutoris facere potest : ut C.de procura.l.neque. Accur.

y ¶ Velit.ʒ scilicet tutor.

z ¶ Actorem.ʒ qui hic dicitur actor,alias adiutor dicitur:ut ff.de tutel.l.

c Quod nō est uerū. in habente di lucida intenalla. l. nō solū. §. fi. & l post susceptam. ff. de excu. tu.secus in ppetuo furioso,secūdū Ang.

d Idem in bānito qui transfugæ æquipat secundum Ang hic.

† Curator id est adiūctus , siue coadiutor. Iaſ. ti.i.§. fi. in gl.fin.

† adiutore, D

Tutor qua re dari nequit habenti tutorem. Tutores poterit plures pupilli habere.

e Idem est ppter inimicitias, nisi essent, capitales, quia tunc esset tutor remouendus. Ang. f Et ita sē cūdū Ang. hic,& Bar. in l. actor. ff. rē ra. ha. quauis nō Bar.& Dy. i d.l.dec e. to. teneāt, q possit ēe ine aliqua causa.

Universidad de Buenos Aires

tel.l.solet.alias curator ᵃ,& ff.de tutor.& cura datis ab his.l.in omnē & C.de procu.l.nec. Et.no.hic uaria nomina eorū qui aliorū facta agūt: ut actor.ut hic iam dictum est. Item tutor qui datur pupillis, supra de tut.§.est autem. Item curator, qui datur adultis,uel etiam furiosis, uel similibus:ut supra eodem.in principio.& §.furiosi.& § sed & mēte ca-

a Dic q primo differt secundum Io.Fa quia curator à iudice, a ctor uero a iudicis decreto constituitur. Curator. Sic & Theopha. Procurator. Negotiorū gestor. Oeconomus.

Apocrisarius.

Syndicus.

Continuatio.

Diuisio.

treant ff.de cōsti.tu.l.j.ad fi.legis alias.C.eo ti.l j. Sed quare secus?Rñ. quia firmum est consilium patris ᵇ ,& nō mater, ut arg.ff.qui.ab.li.in fi.j.respon & ff.de inju.§.) Et quod dicit,in testamento,idem in tutoribus in codicillis datis dicam: ut ff.de test.tu.l.iii. & facit ad hoc C. de epi.au.l.de creationibus.

b Nota, q cōsiliū patris, & sic masculi,est firmum & bonum: & nō matris: sic fœmine est consilium debile.

De satisdatione tutorum, vel † curatorum.

TITVLVS XXIIII.

¶ Tutores, & curatores tenentur satisdare, nisi fuerint testamentarij, vel datiui ex inquisitione. Areti.

NE tamen ᵃ pupillorum pupillarumve, & eorum, qui quęve in cura tione sunt, negotia à curatoribus, tutoribusve consumantur, ᵇ vel deminuantur: ᶜ curet prætor, ᵈ vt & tutores, & curatores, eo nomine satisdident. ᵉ ¶ ᵗSed hoc non est perpetuum ᶠ. Nam tutores testamento dati satisdare non cogūtur:quia fides eorum, & diligentia, ab ipso testatore approbata ᵍ est. ¶ Itē ex inquisitione ʰ tutores vel curatores dati, satisdatione non onerantur: quia idonei ⁱ electi sunt.

¶ *Si fuerint plures tutores dati ex testamento, vel ex inquisitione: potest vnus offerre satisdationem, & solus administrare, nisi etiam alius voluerit satisdare. Si autem nullus satisdat, ille solus geret, quem testator elegerit, vel maior pars eorum. Et si discordent, cogentur à iudice concordare. Areti.*

¶ Sed si ex testamēto, ᵏ vel inquisitione,duo pluresve dati fuerint; potest vnus offerre satisdationē de indemnitate pupilli, vel adolescentis: & cōtutori suo,vel concuratori præferri, vt solus administret: vel vt contutor, aut concurator satis offerens, præponatur ei, vt & ipse solus administret. Itaq; per senō potest petere satisdationem † à contutore suo, vel concuratore: sed offerre debet,vt electionem det concuratori, vel contutori suo, vtrum velit satis accipere,an satisdare. ˡ ¶ Quòd si nemo eorū satis offerat, si quidē adscriptūᵐ fuerit à testatore,quis gerat, ille gerere debet. Quod si non fuerit adscriptum; quem maior ⁿ pars elegerit, ipse gerere de-

h ¶ Item ex inquisitione. ʒ id est, dati à iudice cum inquisitione:ut §. de Attil. tut. §. sed hoc iure.

i ¶ Idonei. ʒ scilicet præsumptione iuris: contra quā non admittitur probatio in contrarium: sed si contra apparet, tenebitur ille qui dedit: ut j.eo. §.sciendum. Sed hoc fallit in curatore furiosi qui satisfdat ; si non habeat idoneam substantiam : licet fit cum inquisitione datus: ut C.de cura fur.l. finali.§.& si quidem. & §. si uero non talis. Item debent iurare isti omnes, bene agere,i.non prætermittere † utilia, & nō facere inutilia, ut in auth. ut ii, qui ob te perhi, hares mino. §. fin. collatio vj. Si ergo nec testamentarii, necdatiui satisfdāt qui erunt illi, qui satisdant?Respond.legitimi, nisi in casu, scilicet patronus liberto : ut ff. de leg.tut.l legitimos.§.primo. Item datiui quando non fiunt cum inquisitione,ut C.de aut. præst. l.fi.& nisi satisdent, non administrant ut C.de tu.

& cura.qui sat.non de.l.j.& fi.Et secūdum hoc, sunt quatuor genera tutorum, scilicet testamentarii: item legitimi: item datiui cum inquisitio ne:item datiui sine inquisitione:ut dictum est.

¶ SED SI. ¶ Diuiditur in quatuor partes. Primo,quod contutor teneatur contutori satisdare: ut in administratione præferatur. Secundo, quid fiet,si nullus ex cōtutoribus uult satis offerre de indemnitate. Tertio,quid agendum,cum tutores discordant in eligendo. Quarto, extenditur ad datiuos dictum in testamēt ariis. Secūda ibi, Quod si nemo, Tertia ibi,Sinautem. Quarta ibi, Idem & in pluribus. Aret.

¶ CASVS. Dixistis mihi,quod tutores testamentarii,& cum inquisitione dati,non satisdant:nunquid est hoc generaliter uerum? Rñ.Im.q non. Nam si duo, plures ve tutores in testamento dati fuerint, poterit unus ex eis offerre satisdationem de indemnitate pupilli, contutori,uel cōcuratori suo:& si ipse admittit huiusmodi satisdationem,ei in administratione præfertur,sed tutor,uel curator non poterit per se à contutore,uel concuratore suo, huiusmodi satisdationem exigere:sed offerre eam debet,ut electionem det concuratori,uel contutori suo,satis accipere,& administrationē ei exponere, ut ipse solus administret:& si nullus eorum satisdationem huiusmodi offerat : tunc si testator in testamento expressērit quis in administratiōe præferri debeat: ille solus administrabit.si uero à testatore de hoc nihil dictum fuerit:tūc quē maior pars eorum idoneum elegerit, ille solus administrabit.Sed si ita fuerit, quod in electione ipsi tutores,nec aliquatenus per se cōcordare poterunt, prætor partes suas interponet: & aliquem idoneum administratorem eligere cōpellet.Idem iuris est in pluribus tutoribus, uel curatoribus , ex inquinitione datis:ut uidelicet maior pars posit eligere aliquem idoneum,qui solus negotia pupilli administret.Et hæc dicuntur usque ad illum §.sciendum est autem Franc.

g ¶ Scđm Tullium consuetudinis ius esse putaẽ id, qđ uoluntate oĩum, sine lege, uoluntas cõprobauerit. Itẽ consuetudinis ius esse, qđ aut leuiter à natura tractũ habuit, & ma ius fecit usus: ut religionẽ, & si qđ eorũ, q̃ aũ diximus à natura g fectum maius factum pp consuetudinẽ uide mus, aut qđ in morem uetustas uulgi approbatiõe perduxerit. Angel. frustra, inquit, qui rõne uincuntur, cõsuetudinẽ nobis obiicĩt, quasi consuetudo maior sit ueritate. hoc plane uerum est: quia rõ & ueritas consuetudini præponenda est sm eũ, si consuetudini ueritas suffragatur, nihil oportet firmi' teneri.
h ¶ Isidorus legem rõ commendat. porrò si rõe lex constat, lex erit oẽ qđ iam rõne cõstiterit duntaxat, quod religioni congruat, q̃ disciplinæ conueniat, qđ saluti proficiat.

¶ SVMMA itaque diuisio, de iure personarũ hæc est, q̃ omnes hoĩes, aut † liberi sunt aut serui. Et libertas † quidem est, naturalis facultas eius, quod cuique facere libet: ni si qd ui, aut iure prohibeẽ. [i] Seruitus autem est iuris gentium constõ, qua quis dominio alieno, contra naturã subiiciẽ. Iure. n. natura li omnes homines liberi nascebantur. ¶ Serui aũt, aut nascunẽ, aut fiunt. Nascunẽ ex ancillis nostris: fiunt † aũt, aut iure gentium, s. ex captiuitate: aut ciuili, cũ homo liber maior xx. annis, emptore ignorãte eũ liberum se

¶ De iure personarum.
† l.iij. D. de statu ho.
† l.iiij. D. eo.

i ¶ Cum. n. quis prohibetur naturalẽ qdẽ habet facultatem, sed tñ effectus est impeditus. & ideo quantũ ad eff. ctum dicit nisi qđ iure, &c.

† l.v. D. eod. & §. seruis Insti. de iu. pers.

† d.l.v.

¶ De ingenuis.
a ¶ Ingenuus non nisi his duobus modis ullo modo potest effici seruus hominis: libertus etiam ob ingratitudinem, crimine uero tam ingenuus quàm libertus, nõ hominis, sed pœnę seruus efficitur, si uel in metallũ damnetur, uel bestiis subiiciat. l. fi. C. de sen. pas.

¶ De libertinis & eorum manumissione.
b ¶ In hoc erat differẽtia triplicis generis manumissionis, quia ciues Romani & liberi erant, & alienãdi inter uiuos & testandi i morte liberam facultatẽ habebãt. Latini uero inter uiuos bona sua poterãt alienare, relinq̃re uero in morte nisi patrono nõ poterãt. Dediticiis uero nec inter uiuos alienare, nec ulli in morte nisi patrono relinquere licebat. tit. j. Vlpia.

¶ Qui manumittere possunt.
c ¶ In fraudem creditorum cõsilio & rema numittit, qui credens bona sua creditoribus non sufficere, animo fraudandi eos, seruos libertate donauit, & ex ipsa manumissione fraudãtur creditores.

¶ Quibus modis manumittãtur.
d ¶ Testamẽtum epistola codicillus. sunt ultimæ dispositiones, q̃a causa mortis fiunt. uindicta uocabatur uirga prætoris, cuius percussione uindicabãtur homines in libertatem.

¶ De his qui sui iuris, uel alieno iuri subiecti sunt.
e ¶ In potestate parentum sunt liberi solum modo per utrilem sanguinem ascendẽtium, ut patris, aui, proaui, & aliorum. Liberorum autem appellatione omnes descendẽtes cuiuscunque sexus fiunt, continentur.

¶ De nuptijs.
f ¶ Legitima coniugia non sunt quæ sine consensu' utriusq; personæ contrahunt. quose vænundari ad participãdum pretium passus est. Et in † seruorum quidem conditione, nulla differentia est. In libertorum verò statu multæ differentiæ sunt: aut enim ingenui sunt, aut libertini.

¶ INGENVVS. [a] est qui ex libera matre nascitur. nec refert, utrum liberum patrẽ habuerit, necne. Nec etiam refert, vtrum mater ingenua fuerit, an liberta. Et si liberta, vtrũ ancilla conceperit vel libera: dummodo libera facta pariat. Quod si & ancilla conceperit, & postea manumittatur, deinde ob ingratitudinẽ ancilla facta pariat, placuit eũ, qui nascitur, liberum nasci: quia calamitas matris non debet ei nocere, qui in vtero est.

¶ LIBERTINI sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt. Manumissio aũt est de manumissio, id ẽ, datio libertatis. Manumissionis [b] aũt olim triplex genus erat. Nam q̃ manumittebanẽ, modo cõsequebanẽ tiberta tẽ perfectã, & fiebãt ciues Romani: mõ mediocrẽ, & fiebãt Latini: modò minimã, & fiebãt numero Dedititiorũ, Hodie, vero Latinis & deditititiis sublatis, nõ habita etiam vlla differentia manumissionis, siue etiã ętatis manumissionis, liberti ciuitate Romana fruunt. Quòd licet omnis manumitti possit, nõ tamẽ omnis dominus manumittere potest.

¶ NAMIS, QVI in fraudẽ [c] creditorum consilio etiam & re manumittit, nihil agit, quia lex Aelia Sẽtia impedit libertatem, Itẽ impubes manumittere non potest. Item furiosus. & prodigus, cui interdictum est bonis manumittere non potest. Item debitor seruum pigneratum nõ recte manumittit. Item vir dotale mancipium non æstimatum acceptum manumittere non potest. Nec etiam, vxor, constante matrimonio.

¶ MANVMITTITVR autẽ seruus in ecclesia, inter amicos Vindicta, testõ, [d] epistola, codicillis, aliisq; quã pluribus modis.

¶ SEQVITVR de iure personarum altera diuisio. quidam enim sui iuris sunt, quidã alieno iuri subiecti sunt. qui alieno iuri subiecti, sunt alij sunt in potestate dominorũ alij in potestate parentũ. In potestate dominorum sunt serui. Quæ quidẽ potestas, quamuis iure gentium inuenta sit iure tamen ciuili temperatur. Olim enim iure gentium vitę necisque seruorum ius penes dominum cõstitutum erat: hodie verò iure ciuili, qui seruum suum sine iusta causa occiderit, non minus punit', quam qui alienum occiderit. etiã quodcunque per seruum acquiritur domino acquiritur. In potestate [e] parentum sunt liberi, quos ex iustis nuptiis ꝓcreauimus, vel per arrogationem adoptauimus, Liberorũ autem alij ciuiles & naturales, alij naturales tantum, alij ciuiles tantum Ciuiles & naturales sunt quos ex iustis nuptiis ꝓcreauimus.

¶ NVPTIAe autem siue matrimonium, sunt viri & mulieris cõiunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem continens. Iustas [f] aũt nuptias ciues Romani contrahunt inter se: masculi quidem puberes, fœminę autẽ viri potentes, qui & suæ mentis & potestatis sũt, nec vlla affinitate [g] vel cognatione [h] vel religione, [i] aut alijs nuptiis [k] aut potestate impediũtur. [l] Serui enim, iure ciuili nullam personam habent: ideo nuptias quæ iuris ciuilis sunt, non contrahunt. Si uero in parentũ potestate sint, necesse est parentes consentire in quorũ potestate sunt, nisi sint furiosi. Separanẽ aũt licita matrimonia sine pœna, si maritus vxori suæ miseri nõ potuerit, si alter vel vterq; religiosam vitã elegerit, aut ab hostibus capti fuerint. Cum pœna autẽ separantur si alter contra Imperatorem molitus fuerit, vel si alterius vitæ insidiatus fuerit, vel in ad ulterio deprehensus. Naturales tantũ sunt, vulgo concepti, qui spurij dicuntur. Horum autem alij iure ciuili prohibiti, alij vero non cogniti. prohibitorũ alij incesti, alij, alia macula infamiæ aspersi. Incesti sunt qui contra fœdus [m] sanguinis [n] fiũt alia macula infamiæ aspersi veluti hi quorum mater nõ transacto anni [o] spatio à morte prioris mariti, secũdis nuptiis se infectauit, vel contra aliquã prędictarum rationum, matrimoniũ contraxerit. Qui autem huiusmodi matrimonio se scientes copulauerint, si quidẽ sine liberis ex libero matrimonio sint statim dignitatibus amissis, bona eorũ iuribus fisci A deputenẽ, & ipsi exilio puniantur. q̃si viliores sint personę, etiam corporali quæstioni subiicianẽ. Si aũt legitimi liberi sint, pœna patris, sui iuris fiãt & paternas vel maternas facultates accipiãt ita tamẽ vt parẽtibus necessaria administrẽt. Iure autem ciuili non cogniti sunt hi, quorũ parentes iustas inter se nuptias cõtraxisse potuerunt. Hi etiã ciuiles fieri possunt, si vel curiæ donentur, vel post natiuitatem eorũ, inter parentes aliquo tempore dotalia instrumenta cõficiant, vel super his preces Imperatori porrigantur, & princeps suã interponat auctoritatem, uel si in testamento vt legitimos hæredes instituerit, vel si matrẽ eorũ, vsquequo die defunctus est in contubernio habuerit. Ciuiles tñ sunt ij, quos adoptamus.

¶ ADOPTIO P autem duobus modis fit id est, vel imperio magistratus, vel ex sacro rescripto, quæ etiam arrogatio dicitur. Imperio † magistratus, id est, iudicis auctoritate, adoptamus eos, qui alienæ potestatis sunt. Ex sacro rescripto eos, qui sui iuris sunt. Sed arrogati transeũt in potestatẽ patris adoptiui omnimodo. Adoptati vero per magistratum, non aliter quam si auus vel proauus paternus, vel maternus eos adoptet. Hoc enim casu, quia tã ciuilia quam naturalia iura concurrunt, soluitur quidẽ ius naturale parẽtis, & transit in potestatẽ adoptiui. Non autem permittitur † cuiq; aliquẽ arrogare, nisi cautione q̃ facta, promittat personæ publicæ, id est, tabulario, se daturum quartam omnium bonorum suorum ei: quem adoptat, si vnus eum emancipauerit, & insuper omnia bona sua restitutum iri. In vtraq; verò adoptione cõsiderandum est, vt is, qui adoptat, plena † pubertate, id est, xviij. annis præcedat. [r]

Item

niam secundum humanas & diuinas leges, cõsensus in eo contractu non est, ubi ab utraque persona non intelligitur quod agitur.
g ¶ Affinitate prohibemur uxorem ducere, veluti nurum, nouercam, & generaliter quæcũque se alicui nostro cognato copulauerit: eam nobis in matrimonio copulare prohibemur affinitate.
h ¶ Cognatio, est omnis per communem sanguinẽ proximitas quam unu scitur, aut in memoria retinetur.
i ¶ Religione prohibenẽ. ne subdiaco. presbyter, episcopus, monachus, Iudæus, Paganus Christianam orthodoxus hæreticam uxorem ducat.
k ¶ Alijs nuptiis prohibemur uxorem duce re eam, quæ alteri copulata est. Item quæ fiunt intra annum à morte mariti sui numerandũ, propter commistionẽ sanguinis, & propter tempus luctus uxorem habere non possumus.
l ¶ Potestate prohibẽt præses, ne ei in prouinciæ uxorem ducat.
m ¶ Sine parte. non enim intelligitur iure ciuili pater, quã iustę nuptiæ non demonstrant.
n ¶ Fœdus sanguinis est, ut cognatorũ sanguis non permiscaẽ.
o ¶ Seneca annũ ſę minus ad lugendũ constituerunt Maiores, ut tandiu lugerent, sed nec diutius.
A ¶ Fiscus est Romana Respubli.
¶ De adoptionibus.
p ¶ Adoptio est ciuilis actus, quo quis ins liberorũ nanciscitur.
† l.ij. D. eo.

† l.arrogato. D. eo.
r ¶ Quia adoptio debet immicari naturã.

Universidad de Deusto

Item fœminæ adoptare non possunt, nisi adsolatium amissorum liberorum. Itē castrati, [a] necnon natura frigidi, [b] qui etiam generare non possunt. Item qui tres habet filios in potestate, quartum adoptare non potest. Adoptare autem potest quis tam loco filij, quā loco nepotis. Cùm autē loco nepotis adoptat, necesse est filium consentire, nec ei inuito suus hæres agnoscatur.

¶ COGNITIS AVTEM qui & quibus modis liberi sint in potestate, videndum est, quomodo soluantur a potestate. Soluitur autem ius patriæ potestatis morte utriusque capitis deminutiõe, maxima & media & minima emãcipatiõe, dignitate. Capitis aũt deminutio, † est prioris status cõmutatio, Huiꝰ aũt species † sũt maxima, & media, & minima. Maxima capitis deminutio est, cum quis libertatē amittit, & ciuitatē: qđ euenit his, q bestiis subiiciunt̃, & in metallũ perpetuo dãnant̃, vel q in hostiũ potestatē deueniũt. sed ij, si reuersi fuerint, recipiũt pristinum statũ, propter ius postliminij. Media capitis deminutio est cum quis libertate retēta ciuitatem amittit: qđ euenit his quibus aqua & igni interdicitur, vel qui in insulas relegantur. Minima capitis deminutio est cum quis libertate, & ciuitate retenta, familiam tantum commutat. [c] Hac aũtem capitis deminutiõe, ita demum ius patriæ potestatis soluitur, si is q habetur in potestate, minuatur capite.

¶ EMANCIPATIO est ciuilis actus, quo quis patria potestate per magistratũ eximitur. Emancipatio quidē olim fiebat per æs & libram, adhibitis ciuib. Romanis puberibus, & eo q dicebatur libripēs. quasi imaginaria vēditio. Hodie vero cõpetēti magistratu adito, & emãcipātis volũtate patefacta, & auctoritate magistratus adhibita, scriptura sup his subsequuta, emãcipatio rite ꝓcedit. Dignitate † vero soluit̃ ius patriæ ptātis, si forte is qui in potestate est, episcopatũ, vel summã patritiatus dignitatē nactus fuerit, id est si eũ Imperator sibi in patrē elegerit, vel si cõsul, præfectus, magister militũ factus fuerit.

¶ Dominorum aũt potestas soluit̃ manumissione. Item si dñs seruum ægrotum cõtemperit, & necessaria nõ præstiterit, si eo nesciẽte & si contradicente, clericus, aut monach' factus fuerit, ius ptātis soluit: uel si, eo sciẽte & si cõtradicẽte, ancilla pro libera, libero homini ignoranti se in matrimoniũ copulauerit. Qui autē sui iuris sunt, alii sunt in tutela, vel curatione, alij neutro iure tenentur.

¶ TVTELA AVTEM EST (vt Seruius definiuit (ius † ac potestas in capite libero ad tuendũ eũ, qui se propter ætatem defendere neqt. Tutores autē sunt, q eā vim ac potestatē habēt, vnde tutores dicti sunt quasi tuitores. Tutorum autem alii sunt testamẽtarij, alij legitimi, alij datiui. Testamentarij sunt, † qui testamento parentum dantur: dare autem potest testamento tutores parens suis impuberibus, quos in potestate habet: & ij primo veniunt ad tutelã: his uero deficiẽtibꝰ vocantur legitimi. Legitimi vero sunt q ex lege xij. Tabul. descendunt. † Hi autem, secũdum antiquũ ius parens, patronus, agnati, [d] hodie uero cognati. Nam ad quos pertinet emolumentum successionis, eis incumbit onus tutelæ. Datiui sunt, qui a iudicibus dantur deficientibus testamẽtariis, & legitimis.

¶ OSTENSO QVI DARE POSsunt, videndum est, qui dari possint. Dari autem potest tutor, tam patersfamilias quam filiusfamilias, [e] Minor xxv. annis. Dari nõ notest. Item nec miles, clericus, nec monachus nec mulier, (nisi liberorum suorum) nec furiosus aut prodigus, recte tutores [f] dant̃. Grecantur uero tutores, ex inquisitione, & satisdatione. Inquiritur enim, utrum sint locupletes & diligentes. Testamentarij aũt nõ inq̃runt̃. Satisdatione tũ legitimi & datiui, onerantur iidem, coguntur promittere, & idoneos fide iussores dare, rem pupilli saluam fore. § Sine satisdatione tamen nemo idoneus tutor est. Datiui autem tutores, periculo damno tutelæ distringuntur, nisi se excusent.

¶ EXCVSANTVR autem tutores variis ex causis. Si enim Romę † quis tres liberos in ptāte habebat, vel ī Italia quatuor, vel in prouinciis quinq;, a tutela excusantur. Itē qui capitales † inimicitias cũ patre pupilli habuit. Quiq; huiusmodi morbo † fatigat̃, vt nõ suis rebus interesse possit quive causa rei pu. abfuturus ē, quive habet onera tutelę nõ affectate excusare se possunt, Sunt & aliæ multæ causæ excusationum, quas in libris Digestorũ & Institutionũ, facile est cognoscere.

¶ OPORTET AVTEM EOS qui se excusare volunt † intra quinquaginta dies si præsentes sunt. si uero absentes, habita æstimatione xx. milium diurnorum, & ĩsuper dierum xxx. causam suæ excusationis ante competentem iudicem allegare.

¶ NON SOLVM AVTEM tutores volentes excusantur, sed & inuiti quãdoque vt suspecti remouentur, qui ex fide † non administrant. Alioquin si ex fide administrent (licet soluendo non sint) nõ remouent̃ ut suspecti, sed curator eis adiungitur.

¶ QVI AVTEM non excusantur, siue gerant siue nõ, de reddēda rõne finita pupillari ætate, iudicio † tutelæ, pupillis adultis factis tenentur. Sed si quidē vnius pupilli plures tutores sint: si quidē diuisam regionibus habent administrationē, pro ea parte tantũ tenent̃. Si vero pro indiuiso administrant, in solidum vnusquisq; tenet̃. ¶ Hæc autē omnia quæ dicta sunt de tutoribus, † de curatoribus intelligunt̃, in his solũ habita differẽtia, q tutor non rei, sed persone datur, curator nõ personæ sed rei. Item tutor, ad certum tẽpus & ex certo tempore nõ datur: Curator, vero & ad certũ tempus, & ex certo tempore, & ad certã rem, recte datur. Item tutor pupillis tantũ datur, curator vero & pupillis & adultis, & in omni ætate dari potest. Et tutor q̃dem iudicio tutelæ rationem reddit: Curator uero iudicio negotiorũ gestorum tenet̃.

Secunda

a ¶ Spadones uero adoptare possunt.
b ¶ Non debent habere cittles, qui non possunt habere naturales. Notādum, q̃h aliquis velit aliquem loco nepotis adoptar̃, necesse est q̃ habeat filium in potestate, ex quo adoptet. alioquin necesse est, ut primitus filium adoptet. sic ī pronepote & abnepote, & cæteris.
¶ Quibus modis ius patriæ potestatis soluatur.
† l.j. de cap. demi. D. Capitis deminutio.
† l.ſi. D. eo.

c ¶ Qui sui iuris fit, alien. efficitur, ut ecõtra.
¶ De emancipationibus.

† In auth. consti. qua de digni. col. vj.

¶ Quibus modis ius dominicæ potestatis soluitur.

¶ De tutelis.
† sic Theoph. ἐπίτροπον. & Harmeno. quamuis in Fl. Pan. ius legatur l.j. D. eo.

† l.j. D. de testa. tut.

† l.j. de leg. tut.

d ¶ Agnati sunt cognati per cognationẽ virilis sexus cõiuncti.

¶ Quomodo tutores dentur.

e ¶ Quantum ad publica munera, filiifamilias pro patribus familias habentur.

f ¶ Nec magistratus, quia publicis negotiis nõ priuatis uacare debent.

g ¶ Quod si perit aliq̃d de rebus quæ sunt in eius tutela dolo uel negligentia tutoris, tutorem emẽdare oportet.

¶ De excusatione tutorum.
† l.j. C. qui nu. lib.
† l. Athletæ. §. dat. D. de excus. tu.
† l.j. C. qui. morb.

¶ Intra quod tempus se quis excusare debeat.
† l. quinquaginta. D. de excus. tut.

¶ De suspectis.

† Causas suspicionis recensẽt Iurisconsulti. l. 4. §. nunc uideamus. D. de suspe. tut.

¶ De reddenda ratione tutelæ.
† l.j. de tute. & rat. distra.

† l.iij. §. quamuis. D. de admin. tut.
¶ Differentia tutorũ, & curatorum.

Secunda Pars, siue Liber
SECVNDVS

De rebus diuini iuris, & humani.

SVperiore libro de iure ꝑsonarum actũ est: nũc aũt videamus d̃ rebus, quæ ī nr̃o † patrimonio habẽtur vel extrapatrimoniũ. Rerũ enī aliæ sũt diuini iuris, alię vero humani † iuris sũt. Diuini iuris, sũt res sacræ, religiosæ & sanctæ. Sacrũ ē †, q̃ rite Deo & ꝑ pontificem dedicatũ est. Alioquin si q̃s sua auctoritate velit sacrũ constituere, non est sacrũ, sed profanum: ut sunt templa & donaria, ad perpetuũ vsum diuini cultus destinata. Ea vero quæ ad vsum inibi deseruiẽtiũ destinantur, veluti prædia, & domus, licet sacra non sint, tamẽ veluti sacra si immobilia sint, vel mãcipia rustica, vel ciuilis annona, alienari † prohibẽtur, vel hypothecæ seu pignoris titulo obligari, nisi causa redemptionis captiuorũ, vel iure emphyteuseos †, uel iure permutationis habitæ, vel iter ecclesiã & ecclesiam, uel inter ecclesiam & prochiũ vel alias venerabiles domos, uel inter ecclesiam & alias venerabiles [a] domos, & principem. Sãctum est, quod sanctione quadã subnixum est, veluti muri & portæ ciuitatum, vnde & capite puniuntur, qui ea sine magistratus cõpetẽtis permissione, dolo [A] malo corruperint. Religiosum autem locum vnusquisque sua uoluntate facit, dum in eum locum infert mortuum, in quo ius inferendi habet. Licet autem religiosus locus diuini iuris sit, ius tamẽ inferẽdi, humani iuris est, quod & adhæredem transmitti potest, & inter vnos alienari non potest, nisi sit tantum familiæ. tunc enim extra familiam alienari non potest. Res autem humani iuris, aliæ sunt publicæ, aliæ vniuersitatis, aliæ singulorũ, aliæ nullius ī bonis. Publicæ †, ut mare, flumina, litora maris, vsus quoque riparum publicus est. Itaque per ea nauigare, naues arboribus ibi natis ligare, retia siccare, pisces capeꝛ, & cætera facere, quæ cõmuni vsui impedimento non sint, cuilibet liberum est. Proprietas autem riparum, eorum est, qui prope ripam, prędia possident. Vniuersitatis [b] sunt, & nõ singulorum vt forum, theatra, stadia, & cęteꝛa quæ publico vsui ciuitatis destinata sunt. Nullius in bonis sunt †, ut bestiæ, volucres, pisces, quæ in naturali libertate retēta à nullo possessa sunt. Eiusdem † etiam iuris sunt, res hæreditariæ ante quam aliq̃s existat hæres ex testamento uel ab intestato. Sed tamẽ quia hæreditas vicem personę sustinet [c], cui libet occupanti non conceduntur, Item res habita pro derelicto, nullius ī bonis esse creditur. Singulorum autẽ res sunt quę in vniuscuiusque patrimonio sunt, quæ acquiruntur cuique, aut speciali iure, aut ꝑ vniuersitatẽ.

¶ SPECIALI ENIM IVRE dominia rerum quæruntur iure naturali, aut iure ciuili. Iure naturali quæruntur dominia rerum sex modis, † occupatione, inuentiõe specificatione, contributione, accessione, traditione.

¶ OCCVPATIONE QVAE RVNtur, quæ nullius in bonis sunt. Quod enim nullius in bonis est, occupanti † conceditur. Nullius in bonis sunt, vt pisces, volucres, bestiæ quæ ferre naturà sunt. Feræ autem naturà vidẽtur esse illa animalia, quæ a nullo coercita libertate proprij arbitrij, quo volunt se ferunt, vt leones, aprj, cerui, vrsi, & huiusmodi similia. Nec interest, vtrũ quis hæc in suo fundo capiat, an in alieno. Plane † si videris aliquem ingredientem in fundum tuum, venandi aut aucupandi gratia potes eũ prohibere ne ingrediatur. qui si contra prohibitum ingressus fuerit iniuriarum tibi tenebitur. Hæc autem ita capta, eousque nostra esse intelliguntur, quousque nostra custodia coercentur. Alioquin si nostram custodiã euaserint, & in naturalem libertatem se recepe rint nostra esse desinũt, & rursus occupantis fiunt. Insula † quæ in mari nata est (quod raro accidit) occupantis fit. Nullius enim in bonis esse creditur. At in flumine nata, qđ sæpe accidit, si q̃dẽ mediam partẽ fluminis tenet, eorũ est qui prope ripã prędia vtriusque possident, pro modo latitudinis cuiusque, quæ latitudo prope ripã est. Si vero alteri proximior est, eius est, cuius & ager cui ꝓxima est. Thesauros † quoq;, quos q̃s in suo loco inuenerit, diuus Hadrianus naturalem æquitatem secutus, ei concesit qui eos inuenerit. Sed si quis in alieno solo inuenerit, si quidem fortuito inuenerit, suos esse. Si in vero ad hoc data opera, dimidium domino soli dimidium inuentori cõcesit. Idem est, si q̃s in patrimoniali, vel fiscali loco ĩuenerit.

¶ SPECIFICATIONE NOBIS res acquiruntur, veluti si ex alienis vuis vinum, vel si ex alieno vino † & melle mulsũ, vel si ex alieno argento scyphum fecerimus in huiusmodi enim omnibus talis regula cõprobata est, vt si quidem ea res reducipotest ad priorem massam, is sit dominus speciei, cuius, fuit & massa. Sin vero minime possit reduci, is erit dominus, qui specificauit, ipse autem tenebitur domino materiei conditione, vel furti actione. Si duorum dominorum materiæ permistæ sunt, si quidem volũtate dominorum, cõmunes erũt. Si vero fortuito casu, si quidẽ separari possunt, eiusdem manent cuius & ante quod q; eorum fuerit, si vero separari non possunt, communes sunt.

¶ ACCESSIONE NOBIS dominia rerũ acquirunt̃, veluti ea quæ alluuionem † adiiciuntur. Est autem alluuio, incrementũ latẽs. Per alluuionẽ enim id videtur adiici, quod ita paulatim adiicitur vt intelligi non possit quid quoquo momẽto temporis adiiciatur. Itaque si alieno agro flumen partẽ aliquam detraxerit, & agro meo adiecerit, meũ erit. Item si quis in solo † meo ædificauerit, accessionis loco mihi quærit̃. Nec enim naturalis

† tot titu. Institu. de rerum diuisio. & D. de acqui. rerum do.

¶ De occupatione.
† l.iij. D. eo.

† Instī. eo. §. feræ. versi. planè.

† l.vij. §. insula. D. de acqui. rerum do.

¶ De accessione.
† §. præterea. Institu. eodem.

† §. thesauros. Institu.

¶ De specificatiõe.
† d. l. vij. §. cùm quis.

† d. l. vij. ex diuerso.

† Instī. de rerum diuisio. in prin.
† l. 1. D. eo.

† §. sacræ. Instī. eo.

† l. iubemus nulli. C. de sac. san. eccle. & authen. seq.
† auth. perpetua. C. e.

a ¶ Alias venerabiles domos, i. xenodochiũ, orphanotrophiũ brephotrophiuu, Gerontochomiũ, nosocomium. theochiũ, seu catatrophium, locus uenerabilis, i quo pauperes & infirmi pascũtur. xenodochiũ in quo peregrini, nosocomiũ, in quo ęgri curantur. Orphanotrophium, in quo defuncti à parentibus. Gerontochomium, in quo senes, brephotrophium ubi infantes.

A ¶ Dolo malo, id ē uoluntariè, cum nullã iustam causam corrũpendi habuerit.
† Communes l. quędã D. de rerũ diuisio. §. & quidem. Instit.

b ¶ Quia licet oẽs possint dicere, nostrũ est, nullus tamen potest dicere meum est.
† l.i. § fi. D. de acqui. rerum dominio.
† l. deniq. §. quęsitum. D. quod ui aut clam.

c ¶ Quia sicut hæredis esset, ita quicquid acquiritur per seruos uel alio modo hęredi tati acquiritur.

¶ De acquirendo rerũ dominio.

turalis ratio permittit, vt alterius sit ædificium, quam cuius & solùm. Sed si quidem bonæ fidei A sit possessor, qui ędificauerit, necessarios & vtiles sumptus, dominus ei restituere [a] compelletur. voluptarios verò sine læsione prioris status ei tollere permittitur, nisi & hoc casu, dominus ei æstimationē B offerat sublatorū. Malæ fidei aūt possessor, necessarios tantum & vtilium æstimationem (inquantum res melior facta est) restituere cogitur. Item si quis in sola alieno plantā posuerit, ex quo solo radices coalescunt, erit cuius & solum. Qua autem ratione † plantę solo cędunt, eadem ratione, sata solo cedere intelliguntur. Item si in mēbrana mea vel charta, Titius carmen & historiam scripserit, accessionis iure mihi cedit. At vero in tabula [b] picta contra est. Ridiculum est enim, picturam Apellis vel Parrhasij, in accessione vilissimę tabulæ cedere. Item si quis purpurā alienam suo vestimento adiecerit, vel sypho ansam, vel statuæ brachium, accessionis iure sibi cedit. Quicquid enim alicui adiicitur [c] vt pars uel emblema, toti cedit.

¶ PER TRADITIONEM NOBIS, iure naturali, dominia rerum acquirunt, cum in alterius rei possessionem inducti sumus. Possessio vero, est corporalis rei detentio. Possessio † autem animo & corpore nobis acquiritur, solo animo retinetur, soloq; animo amittitur. Traditio vero est corporalis rei translatio. Incorporalis enim rei non est traditio, sed quasi traditio, id est cōcessio. Nihil enim tam conueniens † humanæ æquitati, quàm voluntatem domini volētis rem suam in alium trāsferre, ratam haberi. Igitur si aliquo titulo [d] præcedente a domino, aut ab alio, domini voluntate res nobis tradatur, eius dominium rei nobis quæritᵕ. Iusti autem tituli sunt, vt emptio, venditio, pro soluto, iudicati, & cætera huiusmodi, q̄bus rerum dominia transferuntur.

¶ CIVILI IVRE dominia rerum quæruntur vsucapione, seu temporis longi præscriptione. Vsucapio autem est, ciuilis acquisitio, per continuationem [e] possessionis, tēporis lege definiti. Si quis enim rem mobilem per cōtinuum triennium, sine aliqua legali interpellatione possederit bona fide, & iusto titulo, vsucapione dominus rei efficit.

¶ RES AVTEM MINORVM [f] vsucapi non possunt. Item qnæ diuini iuris sunt, vsucapi non possunt. Item nec res furtiuæ: vel possessæ vsucapi possunt: quia lex Atinia inhibet vsucapionem: nisi vitium purgetur. Vitium autem purgatur, cum in potestatem domini reuertuntur. Item nec res C litigiosa [g] aut liber homo vsucapi potest. Longi temporis præscriptio eiusdem definitionis est, cuius & vsucapio. [h] Tempus definitū in longi temporis præscriptione, est decēniū, vel vicenniū. Si quis enim rem mobilē aliquam, vel immobilem seu se mouentem decennio inter pſentes, vicennio inter absentes bona fide possederit, sciente domino, cū is qui alienauit malę fidei possessor fuit, suā facit. Quibus autem de causis prohibent vsucapi, eisdem etiam prohibentur præscribi.

¶ EST ET ALIA [D] longi temporis prędscriptio, quę quidem Possidentē domi num non facit, verum contra petentem exceptione possessorem tuetur. Si quis enim rē alienam bona fide, seu sciens alienam titulo vel sine titulo per iuge triennium, sine aliqua legali interpellatione pro sua [i] possederit, aduersus petentem quemlibet (nisi sit venerabilis domus [k] vel fiscus) iusta se prędscriptione defendet. Hæ enim personæ, nō nisi xl. annorum prædscriptione remouentur. Si autem huiusmodi possessor, post emensum prędfatum tempus, siue vi † possessione excideritᵍ, si quidem bona fide possedit, & contra possidentem actionem ad eam petendā habebit. Mala fide vero possidenti nulla actio prodita ē nisi vi de possessione sit expulsus. Tunc enim interdicto vnde vi, intra annum vtilē, [l] & ex sacris cōstitutionibus perpetuò agere poterit: quibus constitutionibus cauetur vt si quis rem alicui possidenti, per vim abstulerit, si quidem ipsius auferētis erat dominio eius cadat. Sin vero alienam, & post restitutionē rei eius vim passo, præstet æstimationem. Vi autem videtur auferre, qui nō per Iudicem repoſcit. Est autem vis, necessitas imposita contrariæ voluntati. vis est maior rei impetus, qui repelli non potest secūdum Iulium Paulum. † In connumerandis aūt temporibus, etiam auctorū tempora succedentibus prosunt. Aduersus autem triennalem præscriptionem, ipso iure minores non iuuantur, sed per restitutionē in integrū [m] sicut & in omnibus aliis causis, [E] in quibus se aliqua ratione læsos monstrari possunt. & si à tutoribus, vel curatoribus damnum sarcire possint post xxv. annorum curricula, vel post impetrationem [n] ætatis iuxta iuge quadriēnium eis succurritur, nisi dolo suo lapsi sint, uel contra matrimonium vel iusiurandum restitui postulent. Per auxilium & in integrum restitutionis certis ex causis, & maioribus succurritur, tam aduersus præscriptiones, quàm etiam cætera iura. Certæ autē causæ sunt, veluti si quis causa reipu. absit, vel in hostium potestate sit: vel si copiā magistratus non habeat, aut necessaria peregrinatione detineaᵗ, & alię huiusmodi, quas facile est intelligere ex Digestorum libris, titulo, quibus ex causis maiores in integrum restituantur. Succurritur etiam maioribus per iustam ignorantiam. Ignorantia autem alia est facti alia iuris. Facti autem ignorantia omni generaliter succurritur, tam in lucro, quàm in damno: nisi sit supina ignorantia, veluti cum vnus ignorat, quod omnes sciūt in ciuitate. Factum enim quisque ignorare potest. Iuris vero ignorantia non omnibus subuenit, sed certis duntaxat personis, † veluti militibus. Item mulieribus, & rusticis in certis casibus: & hæc vera sunt, cum de lucro captando quæritur. Si vero de damno agatur, Iu

ris igno-

A ¶ Putans suam esse rem quā possidet.

a ¶ Sine quibus cōstare posset, sed facti magnam rei utilitatē conferunt, vel si fetus instruantur artibus.

B ¶ Quantum valerent post quam essent sublati.

† l. qua ratione. D. eo.

b ¶ Quod tabula picturæ, non pictura tabulæ cedit.

c ¶ Vt cohæreat & vnum fiat.

¶ De traditione, & possessione acquirenda, retinenda, amittenda.

† l. iij. D. de acquirenda possessio.

† §. per traditionem. Inst. de rerum diuisio.

d ¶ Id est, causa ex qua dominium transfertur.

¶ Quibus modis ciuili iure dominia rerū nobis quærantur.

e ¶ Quia si tempus interrumpitur, vsucapi non potest.

¶ Quæ res vsucapi non possunt.

f ¶ Cum minor absolute dicitur utrū xxv. annorum intelligitur.

C ¶ Rem litigio positam nemini licet dare, uel accipere.

g ¶ Quæ ducta in litigium est, & sententia definitiua terminata non est.

h ¶ Item differentia quia in vsucapione tātum mobilis continetur.

i ¶ Quòd si alij possedit ut creditor, colonus, prædscriptione nō tuetur se.

k ¶ Id est, uenerabiles domus uel fiscus, personæ dicūtur, quia vicem personæ in acquisitionibus tenent, sicut de hęreditate dictum est.

† Siue vi. veluti est, possessionem absentis aliquis aggressus est.

l ¶ Vtilis annus dicitur, intra quem copia agendi est, alioquin si intra annum ex quo vi deiectus est, agere nō potuit, fortè quia magistratum non habuit, & in alio annum agendi potestas dabitur, & ita usque xxx. annos, quandoque anus utilis poterit prolongari.

† l. ij. D. quod metus causa.

m ¶ Restitutio in integrum ē ius quo sententia prætoris, certis ex causis per ius ciuile rescinditur.

E ¶ Per æquicatem, quia minor est, quicquid iure stricti amisit ei restituitur, ueluti in emptione.

n ¶ Si minores adeo prædicti sint honestate morum & scientia, vt idonei ad administrationem suarum rerum sint, permittitur maribus post xx. annos. fœminis uerò post xviij. precesImperatori porrigere & suarū rerum administrationem impetrare, ut idem illud quod deest eis ex natura, mereantur ex industria per impetrationem.

¶ De iuris, & facti ignorantia.

† l. regula. D. de iu. & fa. igno.

¶ De præscriptione xxx. annorum.

D ¶ Itē differentia quia hic non requirit titulus.

† l. & iiij. C. de condebi.

† leges. C. de legib.

† De donation.

¶ Idcirco hic gens inter cæteras iuris actiones nō ponit, quia à posteris principibus, quantum ad patris firmitatem introductum est.

† Sin. & toto ti. C. de dona. ante nu.

¶ Potestate iungimur nobis tam is, in cuius potestate sumus, quàm qui in mea potestate est, vel qui mecum in eiusdem potestate est.

¶ Parum esse quantum, si quantū spondet, donaret sponso, tantum ab eo accipiat, non ultrā. Solut. matrimonio tantū debet recipere uxor, ex donatione propter nuptias quantum uir ex dote.

¶ Et augmenta simul pariter inter se, cum matrimoniū contraherent dedere præsumuntur quam donationes propter nuptias pari modo, id est, ut tantum augeat uir donationes propter nuptias quantum mulier auget dotem.

¶ Ideo autem huiusmodi donationes inter uirum & uxorē prohibentur, ne propter immodicum amorem, cautum uir, minus cautā suis rebus uer facultatibus.

¶ Quibus modis reuocantur donationes. † l. fi. C. de reuo. dona.

¶ Veluti si ita donatum sit, si Rex uenerit Italiam. uel propter hoc fit, si mihi filius natus fuerit, uel aliquid fiat uel non fiat.

¶ De rebus corporalibus uel incorporalibus.

¶ ¶ Præter illam oīnem, Res aliæ, aliæ iuris, aliæ humani iuris.

ris ignorantia omnibus subuenitur, nisi solutum sit ex causa iudicati, † vel transactionis, vel ex qualis crescit inficiando, vel naturale sit debitum, quod solutum est. Idcirco iuris ignorantia non omnibus in lucro & damno subuenitur sicut subuenitur per ignorātiam facti: quia ius certum & præfinitum est & ab omnibus sciri debet. Ait enim constitutio, Leges sacratissimæ quæ constringunt hominū vitas ab omnib. intelligi, † & sciri debēt. Factum verò, nulla sub scientia capi potest.

¶ EST & aliud genus ciuilis [a] acquisitionis quod dicitur donatio. Donationum autem alia inter viuos, alia mortis causa. Inter viuos alia simplex, alia ,ppter nuptias. Simplex donatio est, quę ex sola liberalitate procedit. Propter nuptias donatio est, quæ causa contrahendarum nuptiarum datur. Propter nuptias donationum alia dos, alia tārū propter nuptias donatio. Dos est quæ à parte sponsæ, sponso, vel parti sponsi, causa contrahendarum nuptiarum datur. Propter nuptias † tantum donatio est, quæ etiam ante nuptias dicitur, quæ sponsæ eadem de causa à sponso datur. Huiusmodi autē donationes, id est, dos, & propter nuptias donatio, etiam constante matrimonio fieri uel augeri possunt. cum cæteræ donationes inter viuos, nō solū inter viros & vxores, sed inter eas personas quæ potestate [b] iunguntur sint prohibitæ, nisi si quid causa quotidiani vsus, inter se donent. Harum autem donationū parem esse [c] quantitatem pactaque & de retentione pari modo cōponi, & augmēta [d] pari modo debere fieri, noua Iustiniani cōstitutio iubet. Mortis causa donatio est, [e] quæ fit pp suspicionem mortis. Huiusmodi species duę sunt. aut enim ita quis donat, vt statim velit eum habere, cui donat, nec etiam morte nō secuta, reuocari. vel ita donat, vt mallet se habere, quam eū cui donat, vel eum, cui donat, quàm hæredem suum. Et prior quidem donatio simplicib. donationibus cōnumeratur. Hæc verò vim obtinet legatorū, id est, morte confirmatur. In donationibus ergo inter viuos, & quantitatem considerare oportet, quæ si maior fuerit quingentorū solidorum gestis intimari † oportet, excepta donatione habita in venerabiles domos, vel habita in Imperatorem, vel ab Imperatore.

¶ REVOCANTVR AVTEM donationes ob ingratitudinem. Ingratitudinis causæ sunt hæ: Si impias † manus contra donatorem mouerit. vel si magnum & intolerabile damnum ei iniecerit, vel si contumelias ei atroces fecerit. His enim interuenientibus, non solùm aliæ donationes, sed etiam libertas reuocatur. Reuocantur etiam donationes, si sub conditione, [f] vel propter causam datæ sint, & conditio, vel causa non sit secuta. Pacto autem donationis interposito, donator condictione ex lege, ad rem tradendam tenetur.

¶ PRAETEREA [g] SCIENDVM quidem, quòd quædam res sunt corporales quędam incorporales. Corporales sunt, quę tangi possunt: vt fundus, homo, vestis. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt, veluti ea quæ in iure consistunt, † sicut seruitutes rerum, vel personarum. Item hæreditas vel obligationes. Nec nos mouere debet, quod in his sunt corporales res. Nam ipsum ius seruitutis, veluti ius vtendi fruendi, & hæreditatis, & obligationis, incorporale est.

¶ SERVITVTES AVTEM RErum sunt seruitutes vrbanorum prædiorum, vel rusticorum. Ideo autem seruitutes rerū dicuntur, quia nemo potest eas habere, nisi qui habet prædium. Prædiorum autem vrbanorum, [h] sunt seruitutes, veluti hæ, ius prospiciendi, vel non prospiciēdi, ius altius ædificandi, vel non ædificandi, ius etiam tignū immittēdi, stillicidium vel cloacas in suo recipiendi. Prædiorum rusticorum † iura, veluti hæc, iter, actus, via, aquæductus, pecoris ad aquas adpulsus. Iter est ius eūdi, Actus ius eundi agendi. e. via est ius eundi, agendi, ducendi ve. Igitur qui actū habet, & iter habet: qui verò viam habet, & iter & actum habet: sed non conuertitur. Quòd viæ quidem latitudinis octo pedum in directo, & xvj. in anfractum spatium esse oportet. Itineris verò vel actus spatium, non definitur. Constituūtur autem † seruitutes, testamento, pactionibus & stipulationibus. Acquiruntur etiam longi temporis prædscriptione.

¶ PERSONARVM SERVITVTES sunt hæ, vsus, vsusfructus, habitatio. Vsus autem est ius vtendi: vsusfructus, ius vtēdi fruēdi rē alienā, salua rerū substantia. Habitatio est ius alienis ædibus inhabitandi. Differunt autē vsus & vsusfructus, q. in vsufructu, vsus continetur, in vsu verò vsusfructus nō vtiq;. Qui enim in aliqua re vsumfructū habet capiendo fructus omnes † suos facit, quos ēt licet ei vēdere, donare, & quo modo voluerit tractare. Qui verò vsum tantū habet, fructibus ad suum vsum † & familiæ suę uti potest, vendere autem eos, vel donare vtiq; nō pt. Item qui ædium vsum vel habitationem habet, ipse tantum cum familia sua habitare potest, aliis autem locare vel commodare non licet. Qui verò vsumfructum habet, hæc omnia facere potest; & aliū vsufructuarium constituere potest. Vti autem omnes ij debent, sicut bonus paterfamilias. vnde si quis gregis vsumfructum habet, in loco capitum demortuorum, ex fętibus alia submittere [i] debet.

¶ HVIVSMODI AVTEM personarum seruitutes, tam morte vsufructuarii, q̄ etiam duabus capitis deminutionibus, maxima scilicet, & media finiri solēt. Item pacto, item dominio rei acquisito, tollitur [k] vsusfructus. hæc autem iura, quæ personarū sunt, ad hęredem non transmittuntur.

¶ HOC ETIAM LOCO admonendi sumus, acquiri nobis, non solùm per nosmet ipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus. Et quidē quod per seruos nostros acquiritur, sine vlla distinctione nobis acquiritur.

† l. ix. D. de usufr.

† l. ij. D. de usu. & hab.

i ¶ Quia non cōstringuntur ut de suo acquirant, & submittant.

¶ Quibus modis seruitutes personarum tollantur.

k ¶ Tollitur usus fructus. quia ususfructus est in re aliena. tollitur autem ab usufructuario.

¶ Quia ostensum est quæ res & quo modo nobis quærantur, uidēdum est per quas personas nobis quærantur.

Universidad de Deusto

Universidad de Deusto
Biblioteca

† suis
† §. igitur. Instit. per quas personas.

a ¶ Peculium, est patrimonium personæ in potestate constitutæ.

† §. j. Instit. per quas personas.

¶ De acquisitionib. per vniuersitatem.
† §. fi. Instit. per quas personas.
† l. xxiiij. D. de verb. significat.
† l. j. & l. iij. D. de pet. hæred.
¶ De testamentis.
A ¶ Directo id est, nulla persona media inter ueniente, uelut cum ita dicit Pandulphus hæres esto.
b ¶ Eulogium est dispositio, vltimum dicitur, quia causa mortis fit, quocunque tempore fiat.
† l. hac consultissima. C. de testa.

† l. j. D. de mili. testa.

¶ Qui testamentum facere non possunt.
† §. præterea. & §. seq. §. qui. non est permiss. Insti.

¶ Qui hæredes instituí possint vel nó possint.
† de hæred. institu. in princi. & l. non minus. ff. eodem.

ritur. Per liberos nostros, quos in potestate habemus, constat † nobis acquiri. si quidē ex re nostra, vel ex operis nostris † acquirant. Milites tantū filiifamilias, & aduocati, & clerici, & qui publica administratione funguntur, & generaliter qui castrense, vel quasi castrense peculiū [a] meruerūt, quicquid ex suis professionibus quærunt, sibi quærunt. In his enim donādi, testandi, aut quomodo uoluerint alienādi, libera facultate concessa. Si verò aliunde filiisfamilias quæritur, præter ea quæ sunt castrēsis peculij, vel quasi castrensis peculij, si quidem ex re patris, vel ex operis suis, quærunt parētibus, quantū ad proprietatē & ad vsumfructū acquirunt. Si verò aliunde, vsusfructus solum quæritur parentibus, nisi in ea conditione eis aliquid datū vel relictū fuerit, ut nihil iuris in eo pater habeat. Item quod seruus vsufructuarij, † aut seruus alienus & liber homo bona fide possessus q̄rūt ex re mea, vel ex operibus suis, mihi quærunt. Item vtilitatis causa, per procuratorē, possessionem quæri posse receptum est.

¶ PER VNIVERSITATEM quoque, res nobis † acquirūtur quatuor modis, hæreditate bonorum possessione, arrogatione, adiectione. Est autem † hæreditas, successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit. † Hæreditatum autem alia ex testamento alia ab intestato.

¶ TESTAMENTVM VERO est ultimum elogiū, quo directò A relinquitur hæreditas. [b] Eius genera sunt duo, alia in scriptis, alia sine scriptis, quod & nūcupatio vocatur. In scriptis testamentum est, quod fit scriptura intercedēte, qua non insecuta non valet. In hoc autem testamento cōdendo septem testes † adhiberi debēt ciues Romani, masculi, puberes, & bonæ opinionis. nomenque etiam hæredis propria manu testatoris, vel publici tabularij, exprimi oportet: omnium testium signaculis vno vel diuersis anulis, signari necesse est. In testamento sine scriptis septem testibus adhibitis, sola voluntas testatoris tā de institutione hæredis, quā de aliis capitulis exigenda est. Hæc autem obseruantia, nō solum militibus, sed & rusticis remissa est. Quocunque † enim modo volūtas eorū pateat, legitimū sortietur effectum.

¶ TESTAMENTVM QVIDEM facere, nec impuberes † vel furiosus aut prodigus cui bonorum administratio interdicta est, possunt. Item mutus, & surdus, & cęcus, & qui morbo ꝑpetuo laborat, nō (nisi comprehenso constitutionis modo) testari possunt. Item episcopi, & cuiuslibet venerabilis domus administrator de rebus post cōsecrationis diem acquisitis, nisi iure cognationis, vsque ad quartum gradū, testari nō possunt.

¶ QVI AVTEM. testatur, hæredem instituere oportet. Hæredes † verò instituere possumus, tam liberos homines, quā seruos, & tam proprios, quàm alienos. Sed si prius hæres instituatur, uel etiam aliquid sibi legetur, etiam libertas tacitè videtur relicta, nisi nominatim testator aliquid expresserit. In alieno verò seruo, hærede instituto, vel legato honorato, inquirendum est, vtrum sciens an ignorās esse seruum testator ei reliquerit: vt si quidem sciens, valeat relictum. si verò putans liberum, minimè valeat. Qui verò ex iniustis [c] nuptiis procreati sunt, vel ex ea cō cubina, quæ vxor esse non potuit, nullo modo hæredes. vel legatarij parentibus fieri possunt. Qui autem ex ea matre nati sunt, quæ legitimè vxor [d] esse potuit, si quidem legitimi liberi extent, in vnciā solummodò cū matre pro virili † portione diuidenda institui possunt Sed si quidem mater eorum defuerit, nihilominus in vnciam admittūtur. Legitimis autem liberis non existentibus, † etiā totius asſis capiendi ius habent, nisi & hoc casu parentes defuncto extent. Tunc enim parentibus legitima portione derelicta, reliqui ius capiendí habēt. Non solum autē in testamēto vnus institui hæres pōt, † sed etiā plures.

¶ DIVIDITVR AVTEM HAEreditas plerunque in duodecim vncias, quæ asſis appellatione cōtinētur. habent autem hæ partes, † propria vocabula, ab vncia vsque ad assem: vt putà sescunx, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans deunx, as. Potest tamen quis & plures & pauciores partes hæreditatis facere: quæ tamen rediguntur ad assem. Nam & si quis xx. partes suæ hæreditatis fecerit xx. vnciæ, asſis appellatione continebuntur. Item si quis † vnum tātum hæredem ex semisse instituat, totus as in semisse erit. Neque enim quis in parte testatus, in parte intestatus decedere potest, nisi sit miles.

¶ CVRARE AVTEM DEBETIS, qui testatur, liberos suos legitimos aut hæredes instituere, aut exhæredare: alioquin inutiliter testatur. In exhęredādo verò causæ ingratitudinis sunt hæ. † Si parentibus audaces manꝰ imposuerit, si graues & inhonestas contumelias eis faciāt. Si in criminali causa, excepto crimine perduellionis [e] eos accusēt si cū maleficiis, quasi malefici conuersentur. Si parentum vitæ insidiati fuerint. Si se paternæ uxori, vel concubinæ turpiter miscuerint. Si per calumniam, vel delationē [f] suam graui damno parētes affecerint. Si pro inclusis in carcere (inquantum sunt idonei [g] liberi masculi) non fideiusserint. Si parentes testari prohibuerint. Si eos captiuos non redemerint. Item si fuerioſis parentibus curam non adhibuerint. Item si filij hæretici, parentes orthodoxi sint. Propter has autem causas, etiam liberi parentes suos exhæredare possunt. Hoc proprium in filia liberis obseruandū, si in contrahendis nuptiis, [h] patris uolūtati non consenserit & postea more meretricis stuprata fuerit. Quòd si nulla istarum causarum probabitur, nec etiā Falcidia † relicta filiis uel parentibus prohibetur, inofficiosi querela rumpitur testamentum.

¶ EST AVTEM FALCICIA, SI vnum quis vel duos uel tres, aut quatuor filios

c ¶ Iniustæ nuptiæ sunt, quæ contra præcepta nuptiis superius attributa, contrahuntur.

d ¶ Veluti nec cognata, nec alio modo indicta.
† l. matre. C. de natu. lib. §. neq; illo. de cruēte & semis.
† auth. licet. C. eo.

† §. & vnum. Insti. de hæred. insti.
¶ De diuisione hæreditatis.

† l. seruum. §. fi. D. eo.

† l. j. §. si ex fundo. D. eo.

¶ De liberis exhæredandis, uel hæredibus instituendis.
† §. causas. in auth. ve cum de appel. cogn.

e ¶ Cum aliquis molitur aliquid cōtra patriam personam imperatoris uel contra rem publicam.

f ¶ Delatores sunt, qui facta in publicum deferunt.
g ¶ Quia fœminæ ꝑmisso fideiubere non possunt, propter senatusconſ. Velleia. auctoritatem.

h ¶ Nota, quòd in cōtrahendis nuptiis, filia patris uoluntate contradicere potest.
† quarta.

¶ De lege Falcidia.

† l. scimus. C. de inoffi. testam.

a ¶ Id est, in computando vtrū aliquis habeat Falcidiam.
† l. j. §. quo à nobis. C. de rei vxo. acti.

† l. si posthumus. D. de libe. & posthu.
¶ De distributione rerum inter liberos.

† l. quoties. C. fa. ercis.

¶ De distributionib. & restitutionibus.
† Insti. de vulg. in prin.

¶ Si hæres legata soluere noluerit.
Sic incipit Iulianus Patritius principium τοῦ φαλκιδίου.
† §. si quis autem non implens. & seq. de hæredi. & falcid. in auth.

b ¶ Aquibus tota hæreditas, vel vniuersitatis pars relicta est.
c ¶ Quæ ablata sunt hæredi, qui adimplendo voluntatem defuncti moras fecit.

¶ De legatis, & fideicommissis.
† l. legatum. D. de lega. ij.

lios habeat, tertia debitæ portionis ab intestato. Si quis verò quinque vel sex, seu plures filios habeat, dimidia portionis ab intestato debitæ. Hanc verò portionem sine omni one re †, ad parentes ex testamēto liberorum, seu liberis ex testamento parentum peruenire, iuris auctores voluere. In ratione [a] autē Falcidiæ non solùm relicta, & cōtra donationes, sed etiam dos † & propter nuptias donatio, computari debet: nisi specialiter aliud sensisse testatorem, probari potest. Non solùm autem iam natos liberos hæredes instituere oportet, sed etiam posthumos. † Alioquin agnascendo rumperent testamentum.

¶ H AEREDI BVS autem institutis, vnusquisque, mortuo testatore, suæ portionis pro indiuiso dominus est, nisi testator sui patrimonii inter eos distributionem fecerit. Tunc enim testatoris † voluntas est seruanda. Non solùm autem testamento, sed etiā quacunque voluntate, huiusmodi distributionem inter liberos facere potest: dummodò huiusmodi voluntas subscriptione propria testatoris, vel liberorum confirmetur.

¶ POTEST AVTEM quis in suo testamento etiam plures gradus † hæredum facere: vt putà, § Titius hæres esto, quod si Titius hęres non erit, Seius hęres esto. § quæ, etiam substitutio vocatur. Vel ita: § Titius hæres esto, & postea rogo te Titi, vt quàm primum poteris, hæreditatem meam Seio restituas. § quæ restitutio vocatur. Potest ēt & quot voluerit suo testamento quis substitutiones facere.

¶ CVM AVTEM quis aliquem hæredem substituerit, & ab eo totam hæreditatē, vel eius partem, vel specialia fideicommissa, vel legata reliquerit, si quidem scriptus † hæres parens est, vel patronus, vel aliquis ex liberis, si quidem intra annale spatium, à morte testatoris numerandum, voluntatem testatoris impleuerit, habeat firmiter hæreditatem. Sin verò post annale spatium in tantum moras faciat, vt hi, quibus relicta sunt, iudicē adeant, & victricem sententiam capiant, & post iudiciale calculū, annale prætereat spatium, tūc legitima portione retenta, reliquū amittat, quod quidem primo loco ad substitutos, secūdo ad cohęredes, tertio ad generales fideicommissarios [b], quarto ad eos qui libertate donati sunt, deferatur. Qui verò hæc [c] habuerit, volūtatem defuncti omnino adimpleat. Quòd si extraneus institutus hæres, & prædictam moram faciat, nullum emolumētum prædictæ hæreditatis capiat, sed tota hęreditas, ad personas, secundum suprà comprehensum ordinem perueniat. His autem personis deficiētibus, cognatis, & agnatis pateat aditus. quibus deficientibus, extraneis, demū fiscus admittatur: & ipse voluntatem domini impleturus. Minoribus autem institutis hæredibus præfata mora non obest. Postquā diximus de Testamentis, videamus de Legatis & fideicommissis.

¶ EST AVTEM LEGATVM, donatio † quædam á defuncto directò relicta. In ter legatum verò, & fideicommissum hoc interest, quòd legatum directò [d], fideicommissum verò semper per interpositam personam relinquitur. Item in legato, semper specialis res vna vel plures continentur. In fideicommisso verò etiam hæreditas relinqui potest. Legari autem potest, non solùm propria res testatoris, sed & aliena. Sed cùm aliena legatur, inquiri debet, vtrum testator sciens, an ignorās alienam, legauerit. Si sciuit alienam, valet legatum. Quòd si ignorauerit, inquirēdum est, vtrum si scisset, legasset nēcne. Nam priori quidem casu valet legatum, posteriore verò soluitur. Re aliena legata †, hęres necesse habet (cùm legatum valet) eam acquirere, & legatario [e] soluere: aut si non potest, eius æstimationem præstare. Potest autem quis non solùm purè, sed etiam sub conditione legare. Impossibilis verò conditio in relictis pro non scripta habetur.

¶ POTEST AVTEM quis non solùm vnam rem legare, vel per fideicommissum relinquere, sed etiam totum patrimoniū suum legatis, & fideicōmissis exhaurire. Sed hoc casu, scriptus hæres contra immodica legata, & fideicōmissa, auxilio Trebelliani, & Pegasiani senatusconsulti, se tuebitur per interuentionem Falcidię. Est autem Falcidia [f] hodie, si quidē hęres scriptus sit de ascendentibus, & descendentibus, debitę portionis ab intestato, tertia vel dimidiū, secundùm iam dictū modum. Sin verò extraneus hæres scriptus sit, quarta suę institutionis. Falcidia vero non in vna re, nec ex vno legato, aut fideicōmisso, sed ex vno quoq; relicto, pro rata [g] portione detrahi debet. Nec enim ꝑmittit hæredi vni solida relicta præstare, & alij minuere. Alioquin si vni solida relicta præstiterit, & cæteris insolidum præstabit.

¶ HOC AVTEM auxilio ita demum scriptus hæres vtetur, si antè, quàm hæreditatem adeat, inuentarium [h] fecerit † omnium rerum hæreditariarum, præsentibus his, quibus relicta debentur, vel procuratoribus eorum, aut absentibus, aut præsentibus quidem. venire verò vel procuratores mittere nolentibus, adhibitis ex eadē ciuitate testibus idoneis. Qui autem hanc obseruationem omiserit ex suo proprio, relicta soluere cōpelletur. Hęc A quidem toties locū habent, quoties sui patrimonij modū testator non expresserit, & scriptum hæredem Falcidia vti prohibuerit. Si quidem scriptus hæres extraneus [b] fuerit, Falcidia non vtetur. Quod si item hæres scriptus hæreditatem adire noluerit, supradictis personis, prædicto modo adeundi potestas fiat.

¶ MINVITVR, vel excluditur etiam Falcidia, si piis locis legata, vel fideicommissa fuerint derelicta.

¶ NON SOLVM Testamentis, sed etiam Codicillis relinqui potest. & in Testamento v ij. testes adhibentur, in Codicillo v. sufficiunt. Intestatus decedit † qui aut nullum testamentū fecit, aut non iure fecit, vel cuius testamentum ruptum irritúmve factum est.

d ¶ Nam per mediam personam excluditur fideicommissum. Legati & fideicommissi, differentia.

† §. non solum. instit. de lega.

e ¶ Legatarius est, cui legatum relictum est: fideicommissarius, cui fideicommissum relictum est.

¶ De retentione Falcidiæ, ex senatusconsulto Trebelliano.

f ¶ In retentione Falcidiæ omnes dicuntur extranei, exceptis ascēdentibus & descendentibus.

g ¶ Pro rata, pro id est, si ex vno detrahitur: verbi gratia tertia pars, ex omnibus eadē detrahi debet pars.

¶ De confectione inuentarij.
h ¶ Quicquid inuentum est in hæreditate.
† §. hinc nobis. in aut. de hæred. & falcid.

A ¶ Vt faciat inuentarium, & falcidiam retineat.

B ¶ Rei scripti hæredes sint de ascendentibus, & descendentib.

¶ De imminutione, vel exclusione Falcidiæ.

¶ De Codicillis.

† l. j. D. de suis & legit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ De iniusto, irrito, & inofficioso testam. † l. iij. D. de inoffi. test.

¶RVMPITVR AVTEM TESTAmentum inofficiosi querela, vel agnatione posthumi. Inofficiosi querela † est allegatio, quâ liberi, seu parentes ostendunt se iniustè præteritos, vel exhæredatos. Datur autè hæc inofficiosi querela, liberis, aduersus testamẽta parentum, vel immodicas donationes. Aliis autem personis non datur, nisi fratri & sorori aduersus † turpes personas scriptas hæredes. Ita demum quis inofficiosi agit, si nihil ex facultatibus defuncti consecutus sit. Alioquin autem de repletione falcidię ager. Item posteriori testamento priùs rumpitur. Irritum autem sit, cùm scriptus hæres hæreditatem non adiit.

† l. fratres. C. eo.

¶ De hæreditatibus, quæ ab intest. defer.

¶INTESTATORVM AVTEM hæreditates, hodie primo loco liberis legitimis deferuntur, non habita differentia cuiuscunque sexus sint vel gradus, hæreditate inter eos, non in capita, sed in stirpes A diuidenda. His autem deficientibus, ascend entibus capiendæ hæreditatis locus patet non passim, sed secundum graduũ a prærogatiuam. Præferantur etiam omnibus ex latere venientibus, exceptis fratre, & sorore ex vtroque parente defuncto copulatis, & exceptis filiis defunctorum fratrum. His enim † personis extantibus pariter cum patre vel matre defuncti, admittentur ad hæreditatem non in stirpes, sed in capita diuidenda: ita tamen, vt filij defuncti fratris, huiusmodi portionem, quã pater eorũ accepturus fuisset, si eo tempore viueret, capiãt. Quòd si defuncta persona, neq; patrem, aut matrem, aut fratrem, seu sororem ex vtroque parente copulatos, vel etiã filios fratris habeat, tunc alij parentes ad hæreditatem vocentur secundum sui ordinis gradum hæreditate sic inter eos diuidenda, vt dimidiam partem habeant hi, qui per patrẽ ascendunt, capiant. Inter ipsos verò ascendentes, ex parte patris sequuntur eos, qui sunt ex parte matris pro virili portione diuidẽda. Quòd si nec descendentes, aut ascẽdentes, quive inter ascendentes vocantur, defuncto sint, primò vocentur ad hæreditatem fratres vel sorores, germani vel germanæ, vel defuncti fratris germani filius, vel filia, cum his etiam naturales liberi cum matre eorum, in duas vncias admittantur, vt tantum mater accipiat, quantum ad vnum filium, filiámve peruenerit. Quòd si prædictæ personæ defuerint, veniant fratres vel sorores vterini. His verò deficientibus, cæteri cognati veniant secundùm sui ordinis prærogatiuam: vt qui proximior sit gradu, potior sit in successione, aliam personã ex transuerso in locum patris sui succedere, præter fratris filium, non concedimus. Nulla autem differentia habita in omnibus prædictis successionibus, vel agnationis, vel cognationis, sed solùm gradus sanguinis naturalis spectetur.

A ¶ Accipiet unus, quantum cæpotes omnes ex filio.

a ¶ Vt qui proximior sit gradu, potior sit & successione.

† §. si igitur. & seq. in auth. de hæred. ab intest. veni.

¶ De bonorum possessionibus, † l. ij. D. eo.

¶BONORVM AVTEM POSSESsio, idem est, quod hæreditas: differt tamen quòd hæreditas iure ciuili defertur: Bonorũ verò possessio, ex iure prætorio descendit. & bonorum possessio intra annum à morte testatoris, vel intra centum dies petenda est, hę reditas verò à nullo petitur. Bonorum autem possessio, alia ex testamento, alia ab intestato est. Ex testamento verò, est alia secundùm tabulas, alia contra tabulas. B Secundum tabulas est, † quam prætor scriptis hæredibus pol licetur. Contra tabulas, cùm contra tabulas testamenti promittit. Ab intestato † verò bonorum possessiones, vnde liberi, vnde legitimi, vnde decem personę, vnde cognati, vnde vir & vxor. De bonorum autem possessione, plura dicere necessariũ non duximus eo quòd iure ciuili, ex cõstitutionibus principũ, omnes cognati succedere possunt.

B ¶ Quæ testamenta dissoluebant. † l. ij. D. de bo. poss. secundùm tab. † l. j. in prin. D. si tab. test. nullæ extab.

¶ De acquisitione per arrogationem.

¶ARROGATIONE AVTEM vniuersitatẽ quærimus, cùm aliquem sui iuris nobis adoptamus. Tunc enim non solùm arrogatus, sed etiam omnia eius bona nostræ potestati subiiciũtur. quod quo modo possit fieri, in tractatu adoptionum dictum est.

¶ De eo qui libe. caus. bon. addicuntur.

¶BONORVM ADDICTIONE nobis quæritur hæreditas, cùm plures in testamento libertate donati sumus, & à scripto hærede hæreditas non aditur. Tunc enim sententia iudicis vni nostrum desideranti conseruare libertates, bona addicũtur causa conseruandarum libertatum.

Pars tertia, siue Liber TERTIVS.

DE OBLIGATIONIBVS. b

b ¶ Quia de rebus actum est, restat vt de actionibus dicat, quarum mater est obligatio.

† §. j. instit. de obli. tit. gene.

SVpereſt, vt de obligationibus disp iciamus. Obligatio est iuris vinculum †, quo necessitate alicuius rei soluendæ adstringimur. Obligationum autem genera † quatuor sunt. Aut enim ex cõtractu nascuntur, aut quasi ex contractu, aut ex maleficio, aut ex quasi maleficio. Contractus autem, est pactum, quod parit actionem.

† l. j. D. de act. & obli.

¶ De pactis.

¶PACTVM † VERO EST duorum pluriùmve, in idem placitum, consensus. Pactorũ verò alia sunt vtilia, alia inutilia. Inutile c pactum est, vnde nec actio, nec exceptio nascitur. Inutile pactum est, aliud propter rem, aliud propter personam, aliud propter legem indictã pacto. Propter rem est inutile cùm id quod deuenit in cõuentionẽ, est turpe: vt stuprum, vel contra bonos mores, vel contra legem: vt pactum de futura d hæreditate: vel impossibile vt hominẽ volare: vel cùm de ea re paciscimur, de qua pacisci non licet vt de rebus iuris diuini, præter concessum, vel de rebus ad perpetuũ vsum populi destinatis. Sed cum res, quæ deuenit in conuentionem est turpis, videndum est, † vtrum turpitudo sit ex parte promittentis, an ex vtraque. Si enim ex parte promittentis tantum turpitudo est, licet id, quod deuenit in conuentionẽ non

† l. j. ff. eo.

c ¶ Remouentur inutilia pacta, remouentur nuda, quib. ex causa pacta non valent.

d ¶ Pactum de futura hæreditate est veluti si paciscor cum Titio, vt me hæredem instituat, huiusmodi autẽ pactum idcirco nõ valet, quia libertatem testandi quã vnusquisq; in suprema voluntate debet habere, quatum in ipso est, videtur auferre.

† l. j. & ij. & tot. tit. de cond. ob turp. caus.

† Hac distinctione accipias tot. titu. de cõd. ob turp. cau.

† Instit. & C. de inutil. stipul.

non possit peti: attamen solutum non potest repeti. Sin verò ex parte eius, cui promittit tantùm, turpitudo est, etiam solutum poterit repeti. Quod enim ex turpi causa datum est, repeti potest. † Sin verò ex vtraque parte turpitudo versatur, possidentis melior erit conditio. In pari enim causa turpitudinis, melior est semper conditio possidentis. Propter personam est inutile pactũ, † cùm ea persona paciscitur, cui pacisci nõ licet, vt pupillus si promittat sine tutorũ auctoritate: aut prodigus, cui interdictũ est bonis, sine curatoris auctoritate: aut furiosus, qui cõsentire non potest. qui enim non habet sensum, non habet etiam consensum. Propter legem indictam pacto, pacta sunt inutilia, ex his causis, ex quibus & propter rem esse inutilia superiùs dictum est.

† l. vij. D. de pact.

Vtile pactum est, quod valet ad agendũ, vel ad excipiẽdum. quod autem valet ad agẽdũ. aut parit actionẽ, aut informat, aut renouat. † Informat actionẽ, cùm legem dat contractui, & fit incontinenti. Renouat, cùm ex interuallo interponitur: veluti in his pactis, quæ contrahuntur consensu. parit verò pactum actionem, quot efficitur contractus.

¶ De contractibus.

¶EST ENIM CONTRACTVS pactum quod parit actionem. Contractuum †verò alij re, alij verbis, alij literis, alij consensu contrahuntur. Re contractus est, cùm res intercedit ad contrahendam obligationem. Huius species sunt duæ, alius enim nominatus est, alius innominatus. Re contractus nominati, species sunt quatuor, Mutuum, a Cõmodatum, Depositum, Pignus.

† l. j. D. de obligati. & actionib.

a ¶ In Mutuo id agitur, vt rei dominium transferatur. Commodatum advtendum datur. Depositum ad custodiẽdum. Pignus causa vtilitatis.

¶ De Mutuo.

¶MVTVVM EST, quod ita datur, vt ex meo tuum fiat: & quandoque mihi redditur tantundem eiusdem speciei, b & qualitatis. Mutuum autem locũ habet in his rebus, quæ pondere, ut aurũm, argentum: numero, vt pecunia numerata; mẽsurave, vt triticum, vinum, oleum, consistunt. Mutuo autem accepto, quocunque modo amittatur, ad tantum eiusdem speciei & qualitatis reddẽdum, semper tenebitur condictione c certi, qui accipit vel hæres eius, creditori vel eius hæredibus.

b ¶ Si enim aliquis dederit equum, & equus sibi reddatur.

c ¶ Generaliter condictiones dicuntur omnes in personam actiones. §. appellamus. Insti. de actio. est enim condicere, in personã agere. Specialiter verò dicuntur condictiones, vt condictio indebiti, condictio sine causa, vel ex iniusta causa, condictio furtiua, condictio ex lege.

¶ De Commodato.

¶COMMODATVM EST, quod datur vtendum gratuitò: alioquin si merces interueniat, non est commodatum sed locatio, vel aliud cõtractus innominatus. In re autem commodata, talis diligentia adhibenda est à custodiendo, qualem quisq; diligentissimus paterfamilias suis † rebus adhibere solet. quã si præstiterit, & aliquo fortuito casu, rem amiserit, securus est. Fortuiti casus sunt, vt incendium, naufragium, rapina, mors naturalis, & alia huiusmodi. Ita demum autem quis fortuito casu liberatur, tam in cõmodato, quam in cæteris contractibus, si in fortuito casu nulla eius culpa deprehendatur. Si autem in fortuito casu † culpa eius deprehendatur, veluti si in vento so tẽpore nauigauit, cùm in securo portu esset, & ita rem commodatam naufragio amiserit, nõ euadet commodati iudiciũ. Item si morã in commodato reddendo fecerit, aut si ad alium vsum, quàm cuius gratia sibi datum est, commodato vtatur, veluti argẽtum sibi commodatum ad cẽnam peregrè tulerit, quocunque modo id amiserit, restituere cogitur.

† §. item is. Insti. quod. re contrah. obli.

† l. in rebus. D. commoda.

¶ De Deposito.

¶DEPOSITVM VERO EST, quod datur custodiendum gratuitò. In hoc autem contractu, quia nulla vtilitas depositarii, sed solummodo onus versatur, non nisi † dolũ, d & latam culpam præstare depositori, uel eius hæredi compellitur: lata culpa etiam & videtur, si minus rem depositam sua propria custodierit. Qui verò huiusmodi custodiam in depósito adhibuit, quocunque modo res amissa, vel deteriorata fuerit, securus erit. Dolum autem auctoris, e nec in hoc contractu, nec in cæteris bonæfidei iudicijs hæres præstabit: nisi vel ex dolo defuncti locupletior factus sit, vel cum principali reo res fuerit in choata. Est enim certissima iuris regula, ex dolo defuncti, hæredes † non teneri, nisi in quantum ad eos peruenit. Hæres tamen agere potest. Hoc autem iudicio ex proprio dolo damnatus, infamia notatur.

† l. naturalis. D. de præscrip. verb.

† l. fi ut §. nunc videndum. D. depos. l. quod Neruа. D. eod.

d ¶ Dolus est, cùm aliud agitur, aliud simulatur.

e ¶ Quia si hęres damnatur ex dolo defuncti non sit infamis.

¶PIGNVS EST, quod creditori causa securitatis datur. In pignore verò, & creditoris, quia in tuto est sibi pecunia: & debitoris, quia facilius † sibi creditur, vtilitas continetur: & ideo non exactissimam diligentiam vt commodatarius, nec solummodò dolum & latam culpam, vt depositarius, sed quasi mediam, id est, exactam diligẽtiam creditor vel eius hæres, debitori vel hæredi eius, præstare cogitur. Hanc autem custodiam si præstiterit creditor, quocunq; fortuito casu res amittatur, non tenebitur. f nec ob id debitum retinere poterit debitor.

¶ De Pignoribus.

† §. fi. insti. quib. mo. re contrah. oblig.

f ¶ Naturalis æquitas est, ut si res depereat sine culpa alicuius, domino suo depereat.

¶ CONTRACTVS Innominatus est, cùm pactum quidem obligatorium est, sed tamen nomine speciali caret. Huius species sunt quatuor. † Aut enim do, vt des: aut do, vt facias: vt facio, ut des: aut facio, vt facias. In his autẽ quatuor innominatis contractibus & in supra dictis omnibus, ex solo pacto quisque non obligatur ciuiliter, nisi res (id est, dare & facere) sequatur. Et hęc sunt pacta, quę tãtùm valent ad accipiendum, non pariunt actionem, quæ & nuda vocantur & multa alia. Re autem secuta, id est, dare vel facere is, qui accipit, obligatur ad dandum vel faciendum, vel ad id quod interest dantis, vel facientis præstandum, vel postmodum, si maluerit is, qui dedit, ad id, quod datum est, restituendũ. Et si quidem do vt des, vel do vt facias, vel facio vt facias, præscriptis verbis g nascitur actio. Sin autem est facio vt des, in subsidium de dolo datur. Idcircò autem in subsidium, id est, cùm nullum aliud auxilium supereſt, de dolo datur: quia qui eo iudicio damnatur, infamia notatur. Dare autem tam in his contractibus, quàm in cæteris per quos dominia trãsferuntur, ita intelligitur, vt id quod datur, accipientis sit.

† l. naturalis. D. de præscrip. verb.

¶ De contractu innominato.

g ¶ Idcirco huiusmodi actiones vocant præscriptis verbis, quia olim vnaquæque actio, præscripta verba & certa habebat à prætore. insolita verò postea solennitate verborũ sublata, quæ speciale nomen sortitæ non sunt, in generali nomine descendente ex prædicta formula remanserunt.

¶ De stipulationibus.

¶ VERBIS CONTRAHITVR obligatio, cùm solennitas verborum intercedit, ad contrahendam obligationem: hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

contractus vocatur stipulatio, Est autē stipulatio, verborū †cōceptio, qua is, qui interrogatur, spondet se daturū facturúmve id, quod interrogatur. Dicta est stipulatio, quasi à stipite, cō quòd antiqui firmum & ratum tenebant id, quod stipulabatur. In hoc contractu talia verba olim fuerunt reperta, dabis? dabo. facies? faciā. promittis? promitto. fideiubes? fideiubeo. Quæ si non dicerentur, nō cōmittebatur stipulatio. Hodie verò solennitate verborum, tam in hoc contractu quàm etiam in omnibus iudiciis sublata, quibuscunq; verbis conuenienter ad interrogationē respondeatur, connectitur stipulatio, Verba † autem ex vtraque parte intercedere oportet: alioquin non erit stipulatio. Vnde constat mutū, surdum, absentem, stipulari non posse: quoniam eum qui stipulatur, verba promittentis exaudire oportet. Pupillus [a] verò si stipulatur, vel aliquo modo pacisci tur, qui secum contrahit, obligatur, ipse verò ei non tenebitur. Loquimur autem de eo pupillo, qui eius ætatis est, vt intelligat id quod agit, alioquin non pacisci tur. hoc autem iudicio, is qui promittit, si quidem certum est, quod promittit, ad id præstandum certi condictione tenetur. Sin verò incertum est, ex stipulatu agetur. Certum autem dicimus quod constat ponde re, numero vel mensura.

¶ PRO HIS AVTEM à quibus stipulamur, solent alii intercedere, qui fideiussores, vel mandatores dicuntur. Cùm verò vnius rei plures fideiussores vel mandatores sunt, vnusquisque † pro sua tantum parte tenetur, nisi nominatim sit expressum, vt vnusquisque in solidum teneatur, quòd si hoc expressum est, in præsentes qui soluendo sunt, in solidum competit actio. Onera enim præsentiæ vel absentiæ, præsentes & locupletes insimul sustinere debent. Ad inquirendū verò qui sunt locupletes, nécne, agenti stipulatori ante iudices omnes præsentes se exhibere debent. Nulli tamen creditori licētia permittatur intercessores conuenire, nisi cùm principali reo debitum minimè possit consequi. Quòd si reus † absens sit, tunc creditorem præfinire intercessoribus competens tempus oportet, intra quod debitorem principalem exhibeant: quòd si tempus elapsum fuerit, & debitor sit minimè exhibitus, intercessores creditori satisfaciant: & creditor eis suas actiōes, quas aduersus debitorē habebat, edat. Quòd si tam reus, quàm intercessores absint, prius in rem principalem debitoris his deficientibus, in res intercessorum creditor mittatur, hoc obseruando, vt nec etiam hypotheca riæ actioni locus fiat, quousque personales actiones effectum habere possint. Hæc quoq; locum habeant, non solùm si intercessores sunt fideiussores vel mandatores, sed sint pecuniæ [b] constitutores. Mulier autem pro alio intercedere non potest, quia succurritur ei senatusconsulto velleiano, nisi primam intercessionem post biennium sequenti intercessione firmet.

† l.v.§.j.D de uerbor. oblig.

† l.j.in prin.D.eo.

a ¶ Idcireo pupillus non obligatur, cum è conuerso is qui cū eo cōtrahit obligatur ei, quia meliorem conditionem suam cuiq; facere licet, deteriorem verò minimè.

¶ De fideiussoribus & mandatoribus.

† ex epistola diui Hadriani. §. fideiussores. insti. de fideiuss.

† §. si quis igitur in authen. de fideiuss. auth. præsente. C. eo.

b ¶ I. debitores ex alia causa, & postea alius volente creditore debitum i se transfert, & se facit debitorem.

¶ SCRIPTVRA CONTRAHITVR obligatio cum scriptura intercedit, ad contrahendam obligationem, veluti chirographo emisso. Qui autem se alicui per scripturam obligat, quasi aliquid acceperit, si quidem ei posteá non numeretur, † intra biennium contra agentem ex scriptura, exceptione non numeratæ pecuniæ vti potest. Biennio autem elapso, nisi intra prædictum tempus contestatus fuerit eam, ac si accepisset, conuenietur.

¶ De obligatio scriptura.

† l.in contractibus C. de non nu.pecu.

¶ CONSENSV A CONTRACTVS fit, cùm solus consensus ad contrahendam obligationem sufficit. huius species sunt hæ, emptio, venditio, locatio, conductio, societas, mandatum. Est & præter hæc mandatum donatio, de qua superiùs dictum est.

¶ De contractu ex consensu.

A ¶ Idest, cum neq; res, nec verba, nec scriptura exiguntur.

¶ IN EMPTIONE, ET VENDITIONE contrahenda, pretium oportet constitui. Pretium autem constat in pecunia numerata. Alioquin si res pro re datur, non est pretium, † sed alius generis contractus. Sed si pretium constitutum sit, & postea res alia in solutum detur, constat ritè contrahi emptionem & venditionem. Emptio tam † purè quā etiam sub conditione potest contrahi. Sed & ita venditionem † posse contrahi admissum est. vt tanti res sit empta, quanti Titius æstimauerit. Quòd si Titius æstimauerit pretium, tanti erit emptio. Sin verò Titius minimè arbitratus fuerit, arbitrio boni viri contracta emptio intelligitur. Liberi autē hominis, licet nulli alii contractus esse non possint, tamen emptio & venditio contrahi potest, non solùm inter ignorantes, sed etiam inter scientes, scilicet cùm pater propter ineuitabilem necessitatem famis filium vendit. quod tamen filius si emptori aut id quod pro se datum est, exoluerit, aut mancipium tanti operis vel etiam ei ex operis suis satis fecerit in propria se libertate [B] tuebitur. Res autem diuini iuris & quæ ad publicum vsum populi destinatæ sunt, licet, nisi ex certis causis, [C] nullius fieri possint, attamen si sciens venditor ignoranti [c] emptori vendiderit, ex empto nihilominus, ꝙ si constitissет emptio, tenebitur, quod si sciens emit, si quidem pretium solutum est, non poterit repetere, nec ex empto agere. Donare enim voluisse intelligitur. Quod si non est solutum, non potest à venditore peti. Sin verò vterque ignorauerit, non consistit venditio. Contracta autem emptione, [d] & venditione, vēditor quidem ad rem tradendam, vel ad id, quod interest [e] emptori præstandum empti actione cōstringitur. emptor vēditi iudicio ad pretiū venditori cogetur. & ad vsuras ex mora præstandas. Non solum autem rem tradere venditorem oportet, verum etiam de euictione [f] cauere. Quod si rem alienam vel alteri obligatam D tradiderit venditor, & postea euicta fuerit, vel vitiosa, aut morbosa apparеat. E & si non cauit venditor de euictione, ex empto tamen ad id, quod interest, aut redhibitoria, vel quanto minoris ignoranti

¶ De emptione & vēditione.

† emptio.

† §.pen.Insti.de empt.

† l.fi.C.eo.

B ¶ Quia ex huius facto, seruus effectus nō est.

C ¶ Veluti redēptionis causa captiuorū.

c ¶ Quamuis emptio propter rem quę deuenit in cōuētione ipso iure nō valeat, attamē lex pro fauore iustę ignorātiæ emptoris atque odio scientiæ venditoris, actione ex empto venditorem facit.

d ¶ Id est, quæ fideliter contracta esse de quibus pacisci licet.

e ¶ id est, ad eam veritatem possidendam, quā secutus esset emptor si ei tradita secūdum pactum fuisset.

f ¶ Vt si euincatur ab aliquo, qui oſtēdat suā esse. vel sibi pignorata hic venditor emendet, quanto minoris, semisset, si ita morbosam vel vitiosam eam scilicet hic intra annum.

D ¶ Vel aliena. vel alteri obligata, esse oſtēdatur.

E ¶ Aut fur vel fugax oſtendatur.

empt

emptori tenebitur. Periculum [a] verò rei emptæ ante traditionem, si sine culpa venditoris aut ante moram interueniat, ad emptorē pertinet, si res vendita sit certa † descriptione monstrata, veluti hominem Stichum. Aut si quis incerta descriptione vsus, veluti hominem, aut decem modios tritici, vel vini vendiderit, nec quem hominem, vel quod vinum aut triticum adiecerit, & antequàm tradatur homo mortuus sit, vel vinum acidum, vel mucidum, uel triticum quoquomodo corruptū sit, de quo ipse sentiebat, ad eum periculū pertinebit. Illud etiam considerandum, quòd si quis rem minùs dimidio † iusti pretij vendiderit emptorem vel ad rem reddendam, vel ad iustum pretium exoluendum, conuenire poterit.

a ¶ Id est, si res perit ex toto vel deteriorатur ex parte.

† l. necessario. D. de petic. & commo. rei ven.

† l.ij.C.de rescin. venditio.

¶ LOCATIO, ET CONDVCTIO proxima est emptioni & venditioni eisdemq; etiam regulis iuris † consistit. Nam sicut emptio & venditio sine pretio constitui non potest, ita locatio & conductio, nisi merces interueniat, non contrahitur, & sicut pretium in pecunia numerata constat, ita & merces sine pecunia consistere non potest. Item sicut natura emptionis & venditionis contigua est, ita locationis & conductionis. Differunt tamen quia in venditione de dominio tradendo agitur. In locatione verò non de dominio rei, sed de vsu agitur. In hoc autem contractu, maxime bona fides exigitur, & ideo si quid conductor deliquit, siue plus debito percepit hoc totum locatori, locati actione, ad vsum rei tradendum, vel ad hoc, quod interest eis præstandum, tenetur & conductor si quidem colonus sit, & per continuum biennium, debitam pensionem locatori non soluerit non solùm locati, & Seruiana [b] tenetur, sed etiam ius locationis [c] amittit, nisi communis sterilitas [d] regionis, & improuisa acciderit.

¶ De locatione & cōductione.

† l.ij.D.eo.

b ¶ Qua tenemur domino fundi pro mercedibus q. pignoris iure, ea q̄ colonus intulerit & dicit in fundo licet nulla conuentio super his præcessisset.

c ¶ Ius locationis, id est, nis quod habebat re sibi locata.

d ¶ Pro hac enim causa, censum ei retinere permittitur.

¶ SOCIETAS EST PACTVM DE alicuius rei communicatione. Ex hoc autem pacto mutuæ nascuntur actiones, quæ vno nomine pro socio vocantur, quibus socius socio, si quid deliquit, si quid percepit, [e] si quid in societate impenderit, & generaliter quicquid bona fides [f] exigit, præstare cogitur. Custodiam verò talem pro ea exhibebit, qualem suis rebus adhibet. De se enim queri debet, qui sibi parum idoneum socium elegit, hoc ita est, nisi se diligentem esse promisit: tunc enim diligentiam præstabit. Societas autem & vnius rei, & totorū bonorum [g] contrahi potest. Item si vnus rem, alius operam suam confert constat societatem contrahi posse. Partes autem in societate si quidem expressæ sint, hæ seruentur. Sin verò minimè expressæ sunt, æquales erunt. Sed ita pacisci admissum est, vt vnus [h] ex sociis maiorem partem lucri, damni minorem sentiat. Finitur autem societas, morte socij, capitis diminutione maxima & media, interitu etiā rei cōtraria volūtate [i]. Inuitus enim in societate, vel in communiōe nemo stare cogitur.

¶ De societate.

d ¶ Si quid percepit, ad restituendum tenetur, si quid impendit, potest recuperare.

e ¶ Quicquid bona fides exigit, id est, quic quid ex natura pacti alterum alteri præstari æquum est, hoc totum, licet nominatim non sit expressum præstari conuenit.

f ¶ Rerum furtiuarum & generaliter omnium inhonestarum societas contrahi nō potest.

g ¶ Vt vnus totum damnum, alter totum lucrum habeat, non dicēdo damno non valet pactum. Damnum proprie dicitur, vbi de nostro aliquid dimittimus, non vbi nō lucramur.

h ¶ Licet contrario consensu vtriusq; vel alterius tantùm societas soluatur, tamen actio pro socio, etiam finita societate, durat.

i ¶ MANDATVM EST PACtum, de negotio gerendo gratuitò. Contrahitur verò mandatum quinque modis, vel gratia mandantis tantùm, vel gratia mandantis & eius cui mandatur, id est mandatarij [k], vel gratia vtriusque & aliena, vel mandantis tantùm, & aliena: vel mandatarij tan- & aliena. Quòd † si gratia mandatarij tantū tùm interueniat mandatum non est, sed consilium: & ideo non est obligatorium. Mandatum non suscipere † cuilibet liberum est. Susceptum autem consummari debet, vel quam primùm renuntiari, vt salua sit vtilitas mandati. Postquàm enim susceptum est, is, qui suscepit, id est procurator non solùm de gestis, sed etiam de gerendis, tenetur. & si qd dolo. vel culpa eius commissum est, siue quid ex mandato percepit iudicio mandati directò, [l] præstare debet. Si quid vero ex suo, in negotio gerendo iustè expendit contrario iudicio mandati consequetur. Legem A in mandato dictam transgredi non debet. Mandatum tam morte, quàm duabus capitis deminutionib. item prohibitione domini (nisi vel in rem [m] suam factus sit procurator, vel se administrationi miscuerit) finiri constat.

¶ De mandato.

k ¶ Procurator est, q rem alienā domini mādato administrat.

† l.ij.D.eo.

† §.mādatum.insti.eo.

l ¶ Directum iudicium quod competit mandanti contra mandatarium. Contrarium qđ mandatario aduersus mandantem.

A ¶ Veluti si præceptū est vt emat equum xx. si potest minùs, vltrà dare non debet.

m ¶ Vel si Titius qđ Sæius debebat, vel donauit actiones vt vel aduersus Seium agerē mihi mandauit, tunc enim in rem meam p curator sum, quia id quod a Sæio exigo nō Titio, sed mihi exigo.

¶ QVASI EX CONTRACTV obligatur quis, cùm pactum quidem non intercessit, attamen inter aliquos negotium gestum est, ex quo alterum alteri obligari æquum est, veluti cùm quis alicuius causam vel tutelā gesserit. licet enim inter pupillum & tutorem nullum pactum interceſserit, attamen pro reddenda administrationis ratione, tutelæ iudicio directo, tutor conuenietur. In qua ratione, non solùm gesta sed etiam gerenda venient. Si quid verò ex suo pupilli iure expendit, vel si cui propter pupillum obligatus est, contrario iudicio tutelæ [B] consequetur. Idē inter curatorem, & adultum est. Item is, qui absentis negotia gessit, ad reddendam rationem directo negotiorum gestorum iudicio, ei, cuius negotia gesta sunt, quasi ex contractu tenebitur. Sed is de gerendis non astringitur, nisi cùm alius vellet ea gerere, ipse se obtulit. Si quid vero de suo in gerendo expendit contrario iudicio negotiorum gestorum, is cuius negotia gesta sunt, restituere compellētur. Item is, cui indebitum iure ciuili & naturali, [n] vel naturali tantùm, per errorem solutum est, nisi ex ea causa solutum sit ei, ex qua lis inficiando, vel ex causa transactionis, [o] vel iudicati ad restituēdum id qđ accepit, indebiti condictione, quasi ex contractu obligatur. Quod enim ex meo apud aliquem est sine causa, vel iniusta causa uel turpi, si mea turpitudo non intercedat, condicere possum.

¶ De obliga. quasi ex contractu.

B ¶ Id quod expendit vel liberationē ad obligationem.

n ¶ Quod debitū est iure naturali, indebitum verò iure ciuili repeti non potest nisi fauore soluentis iure ciuili sit indebitū veluti cum mulier pro alio intercedit, non solū contra creditorem petentem auxilio senatusc. Velleiani pōt se tueri, sed etiam ex ea causa solutum, licet iure naturali sit debitū, quia eius fauore senatusconsultum factum est, pōt it repetere. Si verò non fauore soluētis, sed alia causa sit indebitum iure ciuili tātum non potest repeti, velut cum filiofamilias mutua pecunia contra decretum amplissimi ordinis data sit, licet eā creditor petere non possit attamen ei soluta repeti non pōt. Quod ex causa transactionis iudicati, vel ex qua lis inficiando crescit, soluitur, & si indebitum sit repeti non potest.

o ¶ Transactio est pactum de re dubia ob aliquid datum, vel promissum.

¶ ITEM SI IN COMMVNIONEM aliquam incidimus sine nostro pacto, ad personales præstationes præstandas, quasi ex contractu obligamur.

¶ De communi diuidendo.

¶ TOLLITVR AVTEM OMNIS obligatio, solutione eius, quod debetur nō solum debitore soluente, sed etiam quolibet

¶ Obligatio quot modis tollatur.

Universidad de Deusto

pro eo, ipso etiam debitore ignorante, & inuito. Item si quis aliud pro alio soluerit volenti creditori, constat obligationem perimi. Quòd si creditor id quod ei debetur, noluerit recipere, oblatione [a] & depositione, cum consignatione habita in ædem publicam, vel sacram, inuito creditore, obligatio tollitur, nec amplius esse debitorẽ vel eius hæredes, quocunque modo res deposita & consignata amissa sit, poterit mouere actionẽ, nisi in deponẽdo, dolo aut culpa debitor versatus sit.

a ¶ Oblatum, id est, prius offeret creditori debitor, quod si nec tunc accipiet, deponit id quod debet in ædẽ publicam uel ecclesiam, & si quidem pecunia est, consignabit & liberabitur.

¶ De acceptilationibus.

¶ ITEM ACCEPTILATIONE tollitur obligatio, quæ verbis contracta fuit. Est autem acceptilatio, verborum cõceptio, qua is cui promissum est, per stipulationem, debitore interrogante, vtrùm † quod ei per stipulationem promissum est, habeat acceptum, & se recepisse profitetur. Omnes autem † obligationes acceptilatione possunt tolli, si in stipulationem ductę, nouantur. Item hæ obligationes quæ solo cõsensu contractæ sunt, contrario consensu dissoluuntur.

† §. j. insti. quib. modis tol. obli.

† l. ij. D. de acceptila.

Consentaneum est rationi, eodem modo [b] dissolui obligationem, quomodo connexa est. Cæteræ [c] autem obligationes, licet pacto, ipso iure communi tollantur: attamẽ per exceptionem pacti conuenti eliduntur. Item si quis creditori vel debitori suo, hæres extiterit, pro ea parte qua hæres est, sublata est actio confusione.

b ¶ Veluti si re connexa est, re soluitur. si verbis, verbis. si cõsensu, consensu. si literis, literis.

c ¶ Quę solo consensu contractæ nõ sunt.

¶ De compensatiõe.

¶ ITEM COMPENSATIONE tolli obligationem constat. Est autem compensatio, † debiti & crediti inuicem contributio. Id verò debitum compensari potest, de quo nulla quæstio est, siue naturali iure & ciuili debeatur, siue tantum naturali. Contrà in rem tantum actionem, nulla admittitur compensatio, ne inuitus quis rem suam cogatur vendere.

† l. j. D. eo.

¶ De actionibus quæ ex maleficio nascuntur.

¶ De furtis.

† l. ij. D. de furtis.

¶ EX MALEFICIO nascuntur obligationes, veluti ex furto, rapina, damno iniuria, ex iniuria contumelia.

¶ FVRTVM AVTEM EST contrectatio fraudulosa, † quæ fit, inuito domino, alienæ rei vsus possessionisue. Dictum est autem furtum, à furto, eo quòd absconsè fit & plerunque nocte, vel ab auferendo: vel à Græco sermone, quo fures appellantur φῶτες, ἀπὸ τοῦ φέειν. Furtorum genera duo sunt, manifestum, & nec manifestum. Manifestus fur est, qui cum ipsa re furtiua deprehẽditur, vel eo in loco, in quo furtum fecit, vel antequã perferret, eò quo destinauit. Nec manifestus quis sit, ex hac ipsa definitione perpenditur. furtum autem non committitur, nisi animum fraudandi quis habeat. Itaque si equum mihi commodatum ysque ad certum locum, longius duxero, si quidem putaui me id facere, non inuito domino, etiam si dominus noluerit, furtum non committitur. Item si domino volente id feci, ego vero id domino nolente putaui me facere, furtum non committi constat. Furtũ enim nisi inuito domino, non committitur. Planè si seruo alieno † persuasero, vt quasdam res domino furto surripiat, & ad me perferat: seruus autem, domino sciente & concedente faciat, non solum furti, sed etiam serui corrupti placuit hoc casu actionem dari. Liberorum etiam hominum furtum fieri posse placuit, ueluti si quis liberos nostros nobis furetur, Item rei sacrę & religiosæ furtum committitur. Non solum autem alienæ rei furtum fit, sed & propriæ ipsius: † veluti si debitor pignus à creditore furripuerit. Furti autem tenetur, non solum qui furtum fecit, sed etiam cuius ope & consilio furtum factũ est, veluti qui scalas fenestris ad furtum faciẽdum apposuit. Pœna manifesti furti, tam ex lege xij. tabularum quàm ex edicto prætoris, quadrupli † est. Nec manifesti, dupli & extra quadruplum vel duplum, rei persecutio non est, quam vindicando, vel condicendo, is cui furtum factum est, poterit petere. Hæc autem actio hæredi quidem datur. In hæredem uero non competit, nisi uel cum actore lis contestata sit, uel locupletius eius patrimonium factum est. Est enim regula iuris, pœnales actiones ex maleficiis, in hæredes non transire. Hac actione damnatus, † in famia notatur: hæres † vero non utique. Ei autem generaliter competit hæc actio, cuius interest rem saluam fore, siue sit dominus, siue non. Nec etiam aliter domino competit, quàm si eius interfit.

† §. aliquando instit. de obli. q ex deli. nas.

† l. si putator. D. eod.

† §. ex maleficiis instit. de act. l. si quis. §. fin. ff. de furt.

† l. athletas. §. fi. D. de infam.

† l. furti. §. fi quis. D. e.

¶ QVI RES ALIENAS RAPIT tenetur etiam furti. Quis enim magis, inuito domino, rem contrectat, quàm qui vi rapit? Nascitur autem ex hoc facto propria † actio, quæ appellatur vi bonorum raptorum, quæ locum habet etiam si vna res rapta fuerit. Est autem, hæc actio intra annũ quadrupli, post annum verò simpli. In quadruplo autem vel simplo rei persecutio † continetur. Ita demũ autem locum habet hæc actio, si rem mobilem putans alienã, vi quis rapuerit, hac actione non tenebitur: sed ex sacris constitutionibus †, is, cui res raptæ sunt, agere poterit. Quibus cauetur, si quis aliquam rem, alicui possidenti, proprio nomine, sine iudice abstulerit, si quidem suam, restitutione eius rei, dominio careat. Sin verò alienam, etiam æstimationem rei ei, cui abstulit cõpellatur præstare. Quod non solum in rebus mobilibus vel se mouentibus, sed etiam in inuasionibus quæ fiunt circa res soli, obseruari, sacræ constitutiones voluerunt. Liberum est † autem ei, qui rapinas passus est, & priuato iudicio vi bonorum raptorum, damnum persequi, & criminaliter iudicio vis publicæ aut priuatæ reum facere.

¶ De rapina & vi bonorum rapto.

† insti. vi bonorum rapto. in princ.

† d. §. ex maleficiis.

† l. si quis in tantam. C. vnde vi.

† per l. fi. D. de pub. iu.

¶ DAMNI INIVRIAE ACTIO constituitur per legem Aquiliam, cuius primo capite cautum est †. Si quis seruum alienum, vel ancillã, vel eam quadrupedem, quæ pecorum numero sit, iniuria occiderit tantum domino dare damnetur, quanti ea res, eo anno plurimi fuerit. Secundum † capitu. in usu non est. Tertio capite, de cætero damno cauetur, ut quanti ea res xxx. proximis diebus fuerit, & intelligendum est, plurimi emen-

¶ De damno & lege Aquilia.

† l. ij. D. ad leg. Aquil.

† l. si seruum. §. huius legis. D. eo.

† l. si quis seruo. C. de furt.

emendetur. Tria ergo in lege Aquilia considerantur, damnum esse datum, & iniuria esse datum, & domino esse datum. Iniuria idcirco datum esse requiritur, quia si iure datũ est, non tenebor, † veluti si seruum tuum latronẽ (cùm aliter periculum euadere non possum) occidero, vel adulterum in ipso adulterio cũ vxore mea deprehensum, si cum contestatione id fecero. Item si † putator, eiecto ramo ex arbore seruum tuum transeuntem occiderit, distinguendum est, vtrum prope viam publicam, vel vicinalem, aut in suo agro, vbi nulli erat mos eundi, id fecerit. Nam prope uiam publicam vel vicinalem, seu in illo loco, in quo erat ius eundi, id fecerit, & non proclamauerit, culpæ reus est. quòd si proclamauerit, vel in eo loco erat, in quo non erat ci ius eundi, & seruus se cauere non curauit, non tenebitur. Imperitia † quoque culpæ annumerarur. Itaque si medicus † seruum suum secuerit, & ob eius imperitiam, seruus mortuus est, vel si citius quã deberet dereliquit curationem, lege Aquilia tenebitur: hac actione non minus quis ex culpa, quàm ex dolo punitur. Quocunque enim modo damnum quis & culpam dederit, etiam si dolo careat, hęc actio locum habet. Ita demum quis directò hac actione agere poterit, si corpus corpore læsum sit, alioquin, nisi seruo alieno persuasero, vt ibi damnum det, vtili iudicio, non directo tenebor. Item † si seruo tuo persuasero, vt is se de ponte præcipitet, vel arenam frumento tuo immisceat, & is id fecerit, vtili iudicio tibi tenebor. Quod si seruum tuum cõpedibus vinctum, ductus misericordia soluero, & is aufugerit, neque † directo iudicio, neque vtili tenebor, sed in factum in me placuit actionem dari. Licet autem actio directo, soli domino competat: attamen vtilem etiam his, quibus iustè interest dari placuit. Cùm autem libero homini, proprio corpore damnum datum est, impensarum & sumptuum, quos in curatione fecerit, æstimationem habebit. Item operarum quibus caruit, aut † cariturus est, rationem hoc iudicio consequi poterit, deformitatis vero ratio non habebitur. Liberi enim corporis, placuit nullam fieri posse æstimationem.

† l. iij. D. eod.

† l. imperitia. D. de di. regu. iur.

† l. qua actione. §. fin. D. ad leg. Aquil.

† §. fi. insti. eod.

† d. §. fin.

¶ De iniuriis.

¶ GENERALITER INIVRIA DICITur omne quod non iure fit, specialiter aliàs iniquitas & iniustitia, vt in lege Aquilia damnum iniuria dicitur contumelia, quæ à contemnendo dicta est. Iniuria † autem fit non solùm cùm mala alicuius pugno percutitur, sed etiã cùm conuentium ei fit, vel cùm quis carmen, vel libellum † ad infamiam alicuius scripsit, ediditve, vel edi fecit, aut scribi dolo malo. Et generaliter quoties aliquid fit, quod apertè in alicuius contumeliam pertineat, si quidẽ dolo malo factum est, locum habet hæc actio. Itaque si filiæ Titij quæ Pamphilo filio Seij nupta est, iniuriam fecero, non solùm Pamphilus, sed etiam Titius & Seius iniuriarum mecum agere poterunt. Sinautem † marito iniuriam fecero, vxori iniuriarum non tenebor. Defendi enim vxores à viris, non viros ab vxoribus æquum est. Aliis autem personis, quę non sunt in nostra potestate, si iniuria fiat, nos agere nõ possumus, nisi nominatim in nostrã contumeliam facta sit. Item si libero homini, vel seruo alieno, bona fide possessis, iniuria fiat, vel etiam si seruo meo proprio, ita demũ iniuriarum mihi competit actio, si in meam contumeliam apertè respiciat. Hæc autem actio, arbtraria [a] est, & ideo permittitur iniuriam passo iureiurando iniuriam æstimare, taxatione habita à iudice secundum qualitatem facti & personarum similiter facientis & patientis: necnon etiam locus in quo facta est, id est, vtrum † in publico, aut in priuato, & locus etiam vulneris, secundùm quæ & atrox est iniuria, æstimabitur. Aliter enim est iniuria æstimanda, si senatori fiat, aliter si humili. Item aliter si in theatro, vel in senatu, aliter si in clanculo fiat, aliterque si in oculo, quàm si in pede fiat, æstimabitur. Hæc autem actio, [b] quia ex iure prætorio descendit, anno terminatur. & ideo, si quis iniuriam passus intra annum non fuerit contestatus, ampliùs non poterit agere. Item si quis iniuriam passus ad animum statim non duxerit, postea agere nõ poterit. Sed si hæc actio ex iure descendat ciuili, veluti ex lege Cornelia, quæ competit ob eas causas, quod quis se pulsatum, verberatũ, † domum suam vi introitum esse dicat, etiam post annum, si ad animum, statim vt facta fuit reuocauerit, agere poterit. Domum autem siue propriam, siue conductam, siue gratis concessam, accipere debemus. Hæc autem siue prætoria, siue ciuilis, quia personalis est, nec hæredi, nec in hæredem datur: nisi inter principales personas lis fuerit inchoata. Liberũ est autem ei, qui iniuriam passus est, & priuato iudicio iniuriarum æstimationem persequi criminaliter, [c] & publico lege Cornelia, accusare. Nunquam enim plures actiones (præsertim pœnales) de eadem pecunia concurrẽtes, altera alteram consumit.

† §. ij. insti. eod.

a ¶ In arbitrio posita, non certa quantitate terminata.

† §. pena. insti. eod.

b ¶ Idcirco iniuriarũ actio, quæ descẽdit ex iure prætorio, anno terminabatur: q a ipsius prætoris potestas anno finiebatur: quæ verò ex iure ciuili descendit, non solũ hac, sed generaliter omnes non nisi xxx. anno curriculo finiuntur. † l. lex Cornelia. D. eo.

c ¶ Criminalis accusatio ideo dicitur, q cuiuis de populo dat

¶ De actionibus quæ quasi ex maleficio nascuntur.

† l. j. D. de iis qui deiecer. vel effud. l. v. §. v. D. de oblig. & actio.

¶ SI IVDEX LITEM SVAM fecerit, propter imprudentiam quasi ex maleficio obligatus videtur: tunc autem litem suam facere videtur, cùm iniquè sententiam dicit.

Item is ex eius † cœnaculo proprio siue conducto, aliquid deiectum effusúmue est, quod alicui nociturum videtur esse, quasi ex maleficio obligatus videtur. Item si quis eò quà vulgo iter fit positum suspensúmve, aliquid habueris, quod si ceciderit iter, agentibus, nocere possit, quasi ex maleficio tenebit. † Cùm autem iudex per imperitiam litem suam fecerit, æstimatione competentis iudicis, pœnam sustinere cogitur, secundum quod ei bonum & æquum esse videbitur.

† l. fi. D. de var. & extraordi. cognit. & vid Iurisprud. med. Prate lib. j. cap. xix.

Quarta Pars, siue Liber QVARTVS.

DE ACTIONIBVS.[a]

REstat vt de actionib' tractemus. Actio autem nihil aliud est, quã ius persequendi iudicio, quod sibi debetur.

¶ ANTEQVAM DE actionibus tractetur, pauca de iudiciis proponamus. Iudicium ergo est, causæ discussio, cum certarum personarum interpositione. In iudicio autem quinque sunt consideranda, persona, iurisdictio, tempus, locus, causa. Personarum quædam sunt necessariæ, quædam vtiles tantum. Necessariæ sunt, sine quibus iudicium consistere non potest, hæ sunt Iudex, actor & reus, his enim personis deficientibus, vel aliqua earum, iudicium quidẽ non erit. Eremodicium verò certis in casibus esse poterit, veluti si contumaciter †, post trinam edictorum solicitationem, vel post vnã peremptorij edicti commonitionem valentem pro omnibus abesse dignoscitur, vel si iã ferè elapso † triennio à litis exordio, vna parte præsente, altera qualibet absente iudex sententiam dixerit. Vtiles tantùm sunt, sine quibus quidem iudicium consistere potest, adhibitæ tamen, faciliorem iudicij exitum parant, vt sunt aduocati, testes. item iudicis officiales, vt sunt apparitores, præcones,[b] executores, assessores, scribæ. In personis communiter considerandum, quæ admittantur, seu quę prohibeantur. Hoc sciendum, quòd quæcunque persona, si non specialiter prohibetur, communi iure admittitur.

¶ QVI AVTEM † PROHIBENTVR, alii prohibentur ætate, alii morbo, alii casu, alii conditione, quidam sexu, quidam religione, quidam moribus, quidam etiã ob specialem causam, quidã ob familiam, quidã munere. Item qui prohibentur, quidam prohibentur certis causis, uel certis personis interuenientibus, quidam perpetuò. Aetate perpetuò prohibentur impuberes, ne sint Iudices, testes, aduocati. item actores vel rei, sine tutoris vel curatoris auctoritate. Minor etiam octodecim annis aduocatus esse non potest, vel iudex. Aduocatus uerò est, qui causam suam vel amici ante eum cui iurisdictioni præest, exponit. Qui autem aduocatum non habent, à iudice petere possunt. Ait enim Prætor, Si Aduocatum non habent, ego dabo. Morbo prohibentur alij ob morbum corporis, alii ob morbum animi. Ob morbum corporis prohibetur, qui diutino morbo laborat, nec etiam suis pedibus superesse potest, vt si iudex. Item aduocatus, nisi in propria causa. Testis verò volens admittendus est, inuitus autem non est cogẽdus. Item actor, vel reus si vult quidem esse, suscipiat. Si manuult in ciuili causa, procuratorem ei dare concedatur. Ob morbum animi prohibentur, furiosus, mente captus, qui generaliter per se nullam legitimam personam in iudicio consistendi habent. Casu remouentur, cæcus, mutus, surdus. Cæco enim non pmittitur iudicem esse, nisi hoc ei post susceptum magistratum acciderit, neque aduocatum, nisi in propria causa, vel suorum familiarium. Reus verò vel actor quidem esse poterit, sed procuratorem ei dare non denegatur. Item testis in quibusdam iure suscipitur. Mutus verò & surdus in iudicio per se consistere non possunt. [c] Qui cõditione prohibentur, aut sunt serui, aut liberti. & serui quidem nullam consistendi personam per se habent in iudicio, nisi in crimine pduellionis.[d] Inter seruum enim & liberum, constat nullũ posse consistere iudiciũ. Liberti uero nec patronum, nec pro patrono testimonium dicere possunt, vel eum accusare, nisi in crimine maiestatis. Patronus autem contra libertum testimonium dicere non compellitur. Sexu remouentur mulieres, ne sint iudices, nec ẽt ad postulandum, nisi in causa propria vel filiorum suorum, quorum tutelam gerunt, accedant. Item in testamentis adhiberi testes minimè possunt. In iudiciis verò nisi adulterio damnatæ sint, rectè admittuntur. Religione[e] prohibẽtur, † veluti hęretici, ij nec testes, nec iudices seu aduocati contra Orthodoxos fieri possunt. pro Orthodoxo tamen aduersus hæreticum, testimonium recte hæretici admittitur. Item nec Iudæum Christiani iudicem esse posse, vel aduersus eum, testis recipiendus est. Pro Christiano & contra Iudæum testis esse potest. Christianus verò Orthodoxus, Iudæi & hæretici iudex & in eos testis esse potest. Moribus prohibentur infames, ne iudices creentur: item ne in testimonio recipiantur, nec aduocati sint, nisi in causa sua & suorum familiarium, vel quorum administrationem gerunt. Ob specialem causam prohibentur, veluti propter inimicitiã capitalẽ. Hi contra se testes esse non possunt. nec accusatores qui ante litem motam separabantur. Item si capitales inimicitias contra patrem habuit, contra filium testis esse non poterit. Iudex autem esse nõ prohibetur, sed si suspectum iudicem quis habuerit, liceat ei episcopum ciuitatis ad causam discutiendam vnà cum iudice suspecto aduocare. Ob familiam ius dicendi in me vel pro me, testimonium, præter in crimine perduellionis, non habẽt filius vel filia, nepos vel neptis, neque omnes qui potestate mihi iunguntur. Ampliùs quibuscunque imperare possumus, vt inuiti testimoniũ dicant, hi nobis iure, testes esse nõ possunt. Iudex autem & pater filio, & filius patri, etiã si in eius potestate sit, esse potest. Munere[f] prohibẽtur, milites ne priuatorũ aut aduocati, aut iudices, aut accusatores existãt. Et generaliter † nullus ad testimoniũ ducendus est, nisi quem & vitæ dignitas, & morum honestas, vel vox aliorum legitimorum

a ¶ Cum aliquis mecum contrahit, uel maleficiũ mihi facit, ius statim ex ipso contractu uel maleficio cum mihi uincit & obligat; quia uinculum iuris dicit obligatio. Ad hoc vero exequendũ & petendum in quo mihi uinctus est, proditum est aliud ius, quod dicitur actio. quo iure eũ qui debet mihi ex contractu, uel ex maleficio, vt id quod mihi debet soluat, cogo p iudicem, id est, si quis rem meam possidet.

¶ De iudicijs.

† l. contumacia. D. de re iudic.

† l. properandum. C. de iudic.

b ¶ Præcones qui vocantur executores, q quod iudex præcipit, exequuntur. Assessores quia asident iudici. Scribæ qui scribũt gesta.

¶ Quibus ex causis personæ prohibeant. † l. j. D. de postulan.

c ¶ Quia per procuratores possunt.

d ¶ Perduellionis crimen est, cùm quis contra personam Imperatoris, uel contra rẽpublicam molitur.

e ¶ Religio est diuini nominis cultus, superstitio, uana religio. † l. fi. C. de postul.

f ¶ Munus quid sit, docet iurisconsol. l. munus. j. ff. de uerb. sign. † l. j. & iij. D. de testib.

rum testium, commendat & in summa talis debet esse omnis testis, ut fidem debitam iudiciariæ religioni omni gratiæ & potentatui possit præponere. Quòd autem clericus aduersus laicum testis esse non possit, uel econtra in capitulari legis Longobardiæ cautum est. In legibus autem Romanis, non memini me inuenisse, imò contrarium in multis locis constitutum esse cognoui.

¶ De iurisdictione.

¶ IVRISDICTIO EST IVS dicendi ius. Hæc autem alia voluntaria, alia contentiosa. voluntaria est, quę, vtraq; parte volente, expeditur: ut adoptio, emancipatio, manumissio. Potest tamẽ & quis inuitus manumitti. Nulli enim ciuitatem Romanam respuere permittitur. Contentiosa est, quæ p litem & contentionem expeditur. Hæc alia mera, alia mista. Mera iurisdictio † est, vt potestas gladii. Mista est quæ in se alicuius rei habet sententię ditionem. Item iurisdictio, alia propria, alia demãdata, alia ex communi partium consensu data. Qui propriam iurisdictionem habent, iudices ordinarii dicuntur. nec interest, utrum habeat potestatem gladij, necne. Qui autem demandatam habent, dati uocantur. qui eam ex communi consensu partium habent, arbitri appellantur. Potest tamẽ idem & datus iudex arbiter esse. ueluti si ego & Titius in Seium compromiserimus, & postea a proprio ordinario, eum nobis dari iudicem petierimus. Qui autem propriam iurisdictionem habet, demandare eam potest. Qui autem solum demandatam habet, eam mandare alii non potest, nisi ei à principe sit demandata. Ait enim constitutio, Iudex † à iudice delegatus iudicis dandi non habet potestatem, cum ipse iudiciario munere fungatur nisi à principe iudex datus fuerit. Mera iurisdictio demandari non potest. Item nec causa status: nec totius patrimonij controuersia.

† l. merum imperium.

† l. v. C. de iudic.

¶ De arbitris.

¶ ARBITER AVTEM EX compromisso eligi oportet. Alioquin nisi ex compromisso[a] pœna adhibita, uel pignore dato eligatur, & post eam sententiam si quis dicat absolutoriam, exceptio ex sententia[b] parabit. Sin uero condemnatoriam actor ad exequendum non habet iudicati actionem. Sacramento uero dato, arbitrum eligi noua constitutio prohibet. Arbiter ex solo consensu electus, diem dandę sententiæ, inuitis litigatoribus, mutare non potest. Post diem uero statutum elapsum, sententia ab eo dicta nullã obtinet firmitudinem, nisi utraque pars consenserit.

¶ TEMPVS CONSIDERATVR in iudiciis, & in quo fieri debeant, & intra q̃ fiiniri. Nam dies feriarum, non esse iuridicos sacræ constitutiones præcipiunt. Hi sunt gemini menses, † quos indulgentior annus ad requiem laboris accepit. æstiuos ad segetes colligendas, autumnos fructibus decerpendis. & hæc secundum regionis qualitatem, considerari debent. Dies quoque natalis Domini, & kalẽdarum Ianuarium, dies etiam epiphaniarum Christi xl. dies, qui dominicam resurrectionem, auspicio ceremoniarum[c] anticipant. dies quoque Paschæ qui septeno præcedunt numero, uel sequuntur. necnon dies dominici qui repetito in se numero, reuoluuntur & Ascensionis & Pentecostes, & litaniarum otio emãcipant. Pari quoque reuerẽtia necesse est haberi natalitios apostolorum, necnon diem ortus Imperialis personę. In omnibus tamen prædictis diebus uoluntariæ iurisdictionis effectus non prohibetur. Item criminales causæ in prędictis duob. mensibus, exerceri non prohibeantur. Item causæ orphanorum & uiduarum prædicto etiam tẽpore agantur. Item causæ piorum locorum. Tempus intra † quod finiri debet, considerat-

† l. properandum. C. de iudic.

ur, id est triennium à litis contestatæ tempore, si causa ciuilis est. Sin autem criminalis, ultra biennium non prolongatur: & si quidem reus præsto est, actor uero absit, liceat iudici actorem commonefacere, ut uel ipse ueniat, uel procuratorem mittat legitimum. Sin autẽ actor minimè uenerit, nec procuratorem miserit, uocetur per tria edicta, per interuallum ĩ singulis, nó minus triginta dierum, & si nec tunc venerit, habeat inducias unius anni adhuc. Quo elapso, præsente reo, litem audire iudici liceat, & consentaneum calculum proferat. Quod si intra prædictum annum venerit, & litem agere uoluerit, non tamen antea suscipiatur quam impensas reo præstet, iterum ad iudiciũ accedat. Alioquin si impensas reo soluere noluerit, & annus transierit, careat actionibus. Illa enim regula, qua cautum est, ne quis † inuitus agere uel accusare compellatur, tunc locum habet, cum actor ad uersarium suum, teneri in iudicio non fecit. Hæc autem locum habent, non si lis contestata fuerit, sed etiam si sola admonitio & precũ intimatio iudici facta est. Quod si reus quidem † abfuerit, uel etiam, reo absente, non instet, liceat iudici si quidẽ ex contumacia reus abest, peremptorio edicto, eum citare, uel uoce præconia uocare, & litem (secundum iuris ordinem) finire. Sin uerò reus non ex contumacia abest, & triennium iam transierit, ita ut sex menses tantum supersint, inde eum trib. edictis uocare per prædicta interualla oportet. Quòd si nec tunc ueniat, causas audiat, & secundum quod iustum inueniet, sententiam proferat. Curare autem semper debet Iudex in definitiua sententia quatenus uictum uictori in omnes legitimas expensas, † quas victor iurauerit se in totali re fecisse, cõdemnet. Sin autem undique uariæ lites sint, & propter hoc alterum alteri minimè in expensis condemnare maluerit: & hoc in sua habeat potestate. Has tamen impensas uictor absentis petere potest. Sin autem utraque pars te præsente, uel altera iudex causam finire minimè voluerit, totam litem ex litis facultatibus sine omni inquisitione emendare cogatur.

† l. unica. C. ut nemo inuitus ag.

† d. l. properandum.

† d. l. properandum.

¶ LOCVS CONSIDERATVR IN iudiciis, ubi quis agere uel conueniri debeat. Vbi enim quis domicilium habet, aut ubi cõtraxerit, uel deliquit, aut ubi res sitæ sunt, si in rem

¶ De loco ubi quis agere uel conueniri debeat.

a ¶ Ex cõpromisso, ut insimul inter se partes pœnam promittãt si se libertum dicit.

b ¶ Sententia ab eo dicta qui eã iure prohibẽt dicere, nullius est momenti. Omnis definitiua sententia aut est cõdemnatoria aut absolutoria. Omnis absolutoria exceptionẽ parat. condemnatoria uero omnis actionem, ut ea quæ data est non ab ordinario iudice, uel non ab ordinario dato.

¶ De temporibus iudiciorum.

† l. oẽs dies. C. de feriis.

c ¶ Ceremoniæ sunt veluti eleemosynæ ieiunia, imò est cultus Dei per actus exteriores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si in rem agit, apud eius loci iudicem cõueniri debet. Actor enim [a] rei forum, † non reus actoris sequetur. Item Romę omnes conueniri possunt, quocunque loco sit contractum. hoc tamen ex priuilegio legatis † causa reipu. remittitur. Item apud quem iudicem quis agat, apud eum respondere cogitur. Clericus autem in ecclesiastico negotio, nec agere, nec conueniri apud præsidem prouinciæ debet: sed apud proprium Episcopum debet definiri. Sin autem is qui conuenitur, est laicus, volens quidem ante antistitem litigare, admittendus, inuitus uerò non est cogendus. Quòd si in causa criminali (quæ ad ecclesiasticum negotium non pertinet) clericus † accusetur, licet i hoc casu Episcopum cognoscere, ut tamen si dignum capitali supplicio clericum inuenerit, omni clericatus honore denudatum ad puniendum iudici tradat. Sin uerò clericus ante Præsidem accusetur, non liceat Præsidi ante clericũ punire, quàm a proprio Episcopo à clericatus honore fuerit denudatus. Quòd si ipse viderit acta non iustè constitisse, liceat ei gradus denudationem sub legitima cautela mittere, quousq; superea re principi suggeratur, iustè finem causæ impositurò. Sin uerò inter clericum uel quemuis alium, & proprium Episcopum causa emerserit qualiscunque, primum metropolitanus adeundus est, q secundum canones & leges negotium discernat. Et si quis iudicatis acquiescere noluerit, ad Patriarcham illius regionis referatur, & ille secundum canones & leges fidem eis præbeat, & nulla pars ualeat contradicere eius sententiæ. Item obseruandum, & si inter duos Episcopos eiusdem concilij, de quacunq; causa lis interueniat, adhibere etiam debet in iudicando Episcopum metropolitanũ, & quosdam de Episcopis eiusdem concilii. Sin autẽ contra metropolitanum quisquam adire noluerit, regionis illius Patriarcha negotium discernat.

a ¶ Actor in ciuili cã accusator in crimina libus.
† l.ij. C. de iurisdict. † l.ij. §. legatis. D. de iudic.

† c. si diligenti. de foro. compet.

¶ De Causis.

¶ CAVSA AVTEM EST ante eum q iurisdictioni præest, agentis uel rei controuersia. Hæc alia ciuilis, alia criminalis. Ciuilis causa est, quæ per actionem, vel iudicis officium [b] exercetur. Criminalis uerò est, quæ per accusationem, & solennem inscriptionẽ proponitur. Et primitus quidem de ciuili causa uideamus. In hac autem quædam considerare oportet, quæ eam præcedunt, quædam quæ insunt, quædam quæ sequũtur. † Causam præcedit actionis ẽditio, in ius uocatio, libelli conuentio, & hoc ordine certo. Si enim q̃s cõtra aliquem actionẽ putat se habere, prius eum adire debet, & actionem suam atque rationes edere, ut secum † aduersarius deliberet, utrum soluere quod ab eo petitur malit, an reluctandũ existimet. Qui soluere uoluerit, non est in iudicium uocandus, alioquin in iuriarum actor tenebitur. Quod si reluctandũ putat, tunc actor iudicem adeat, & causam suam iudici exponat, & eam gestis inscribi faciat. Iudex uerò libello conuentionis facto, per apparitorem reum in ius uocet. Libellus autem conuentionis in hunc modum fieri debet: Metellus iudex Iugurthæ. Notum sit ibi Atherbalem questum mihi de te fuisse, quod uitæ eius fueris insidiatus, cuius rei gratia te moneo, vt ad placitum venias, eiq̃ iustitiã facias, libellumq; eius accusationis suscipias. quo subsequuto, habet reus spatium xx. dierum, in quo liceat ei, uel recusare, uel si eum suspectum habet, Episcopum loci, uel alium iudicem cum eo, ad causam discutiendam aduocare: uel id quod debet reus, intra prædictos xx. dies confiteri. & si quidem iudicem recusandum putauerit, libellum non accipiat, sed ante iudicem repręsentatus, fori præscriptione utatur. Nemo enim neque in criminali causa, neque in tributorum exactione, neque in populari seditione, à Præside prouinciæ [c] uocatus, fori præscriptione utatur.

† l. si diligenti. de foro. compet.

b ¶ Veluti restitutio in integrum.

† Iudiciorum ordo.

† l. j. D. de eden.

c ¶ Prouincia est regio certis finib. vnius iudicis officio destinata. Idẽ ius Præses habet in prouincia, q Prætor iu urbe.

¶ De in ius uocando.

¶ OMNIS ENIM A IVDICE uocatus ante iudicem sui copiam faciat, vt hoc ipsum sciatur, utrum eius iurisdictioni subiaceat. Si autem libellum conuentionis acceperit, tunc personales præstet fideiussiones, & sportulas executorum det, & subscribat contradictionis libello [d] tẽpus & diem, quo eum excepit, & usque ad prædictum spatium nullam molestiam patiatur. Sin autem prædictũ tempus elapsum sit, tunc ad respondendũ actori, si se non excusauit, teneatur. In ius autẽ uocare patronum prohibetur libertus, præterquam si veniam edicti impetrauerit. quod si aduersus hoc facere ausus fuerit, quingentorũ aureorum pœna mulctabitur. Cum autem vtraque pars ante iudicem sui copiam fecerit, tunc si quas præscriptiones personales, inter se litigatores opponere uolunt, audiantur ante litis contestationem: alioquin postea opponere non licebit, satisdationesque; exponant, reus quidem iudicatum solui, actor uerò litem usque ad definitiuam sententiam executurum. Sin autem per procuratorem litigaturi, tunc si de mandato dubitatur, nisi sit pater uel maritus procurator actoris, etiam rem ratam dominum habiturum satisdatione confirmet: procurator uerò rei iudicatum solui satisdet.

d ¶ Id'est, dẽt alium libellum facere, & in eo contradictionem suam, & in ultimo diẽ ponere, quo per executorem cõuentus ẽ. Libellus uero contradictiõis hoc fine claditur: Met. Iug. relatione uestrarum literarũ didisci, Atherb. de me apud tribunal, uestrum questum fuisse q̃ uitæ eius fuerim insidiatus: huius rei gratia te moneo, vt ad placitum venias, eiq̃ iustitiã facias, libellumq; eius accusationis suscipias. quo subsequuto, habet reus spatium xx. dierum, in quo liceat ei, uel recusare, uel si eum suspectum habet, Episcopum loci, uel alium iudicem cum eo, ad causam discutiendam aduocare: uel id quod debet reus, intra prædictos xx. dies confiteri. & si quidem iudicem recusandum putauerit, libellum non accipiat, sed ante iudicem repręsentatus, fori præscriptione utatur. Nemo enim neque in criminali causa, neque in tributorum exactione, neque in populari seditione, à Præside prouinciæ [c] uocatus, fori præscriptione utatur. Nemo enim neque in criminali causa, neque in tributorum exactione, neque in populari seditione, à Præside prouinciæ [c] uocatus, fori præscriptione utatur.

¶ De Actoris, Aduoca- rando i, & n.

† l. rem nouat. patroni. C. de iudi

¶ De Sacramentum dando pro suspicione.

¶ HIS QVOQVE subsecutis actor iuret, quod se putans habere iustam causam, uenit ad litigandum. Reus uerò putans se uti bona instantia ad reluctandum. Addant etiam, quia nec delationis aut calumniæ, nec uexandi aduersarii causa, probationes in tota causa ab aduersario suo exigant. Aduocati † etiam utriusque partis præbeant iusiurandum, nihil se, nisi quod iustum & utile litigatoribus putauerint esse in tota causa, allegaturos, neque etiam dolo malo prętermissuros.

¶ QVOD SI ETIAM SVSPICIO emerserit, quod aliquis litigatorum aliquid dederit, uel promiserit iudici pro hac causa, iurare debet, quòd nihil dederit uel promiserit. Quòd si aliquis eorum hoc iusiurandum subire noluerit, si quidem actor est, actione cadat: si autem reus, pro condemnato habeat. Planè si confessus fuerit aliquis se dedisse, uel promisisse, & cui, & hoc probauerit, ipse quidem a pena immunis erit. Conuictus uero si quidem ciuilis causa fuerit, magistratu expoliatus, promissum in duplum datum in triplo præstabit. Sinautẽ criminalis sit causa prius bonorum publicatione in exilium mittatur. Quod si litigator iudicem accepisse conuincere non potest, Iudex iureiurando se expurget. Litigator uero fisco æstimationem præstet, & lis legitimo modo finiatur, & hoc si ciuilis causa fuerit. Sin autem criminalis sit, bona eius fisco publicabuntur. Causa uero legitimum finem accipiat apud competentem Iudicem. Quod si Iudex iusiurandum dare minime uoluerit, eadem pęna teneatur, qua supra litigatorem teneri diximus. Hæc autem omnia, nõ solum in omnibus ordinariis iudiciis sed inter arbitros locum habere volumus. Oportet etiã iudices ab ipso principio litis, usque ad finem (maxime in definitiua sententia) habere ante se proposita sacrosancta euangelia, attendentes quod sicut iudicant homines, sic iudicabuntur à Deo. Principium uero litis, est litis contestatio.

¶ De litis contestatione.

† Dcct. in l. cum mota. C. de transact.

¶ De quæstione facti, vel iuris seu nominis.
† Fabius li. iij. ca. xiij et lib. vij. c. iij. iiii. & v.

¶ De probationib.
† l. ii. D. de probat.

a ¶ Veluti cum generaliter sit prohibitum, homicidium, qui dicit se iure occidisse, probare debet.

† l. qui accusare. C. de eden.

† l. fi. C. de rei vindic.

¶ LIS AVTEM contestata tunc uidetur, cum utraq; parte præsente, unus proponit, alius contradicit. Hac autem contestatione, actiones quæ temporales erant, uel quæ in hęredẽ transire non poterant, seu quæ iam fori p̃ scriptione excluse erant, & in hæredem perpetuæ efficiuntur, nec ulla nisi tricennali præscriptione, post litis contestationem habitã, excluduntur. Hoc idem facit precũ porrectio episcopalis admonitio, & quędã alia. Litem autẽ cõtestãdo, res in cõtrouersia deducitur.

¶ CONTROVERSIA † uero triplex est aut enim erit facti, aut nominis, aut iuris. Facti controuersia est, cum de facto quæritur. vt fecisti hęcne nõ feci. Hęc à rhetoribus coniecturalis appellatur. Iuris quæstio est, cum de facto quidem constat, de iure uero dubitatur. Hęc & generalem & translatiuam includit. Nominis est quæstio, cum de facto & iure facti constat, de nomine eius facti dubitatur, ut si auferatur res sacra de ecclesia, & unus dicat furtum esse, alius uero sacrilegium appellet, hæc in se diffinitiuam includit uicissim.

¶ CVM VERO quęstio facti est, qui dicit factũ esse aliquid, probare debet. Ei enim incumbit † probatio qui dicit, non qui negat. Factum enim negantis naturali iure, nulla ẽ probatio. Si uero iuris sit quęstio, qui negat ius, probare debet, nisi generalis prohibitio [a] sibi obsit. Si uero nominis est quæstio, qui aliquod emolumentum consequi uult ex nomine, probare debet. Item considerandum generaliter, quod qui agit uel accusat, probare debet. Ait enim cõstitutio, † qui accusare uolũt, probatiões habere debẽt: & post pauca: Actore enim nõ probante, qui conuenitur, & si nihil præstiterit, obtineat. Itẽ alia cõstitutio. † Res alienas possidens, licet nullam iustã causam possidendi habeat, tamen nõ nisi implẽti intentionẽ suam, restituere cogitur. Non solum autem qui ab initio agit, probare debet, sed etiam reus, si excipiat, † probare debet. Reus enim in exceptione, actor est. Probant uero quæstiones, si quidem facti sunt, testibus, instrumentis, consentiente fama, pręsumptionibus, indiciis.

† Lin exceptionibus. † D. de probat.

¶ De testibus.

† l. ubi numerus. D. de testibus.
† l. iusiurandi. C. eod.

¶ IN TESTIVM probatione considerãdum q̃ ubi numerus testium specialiter nõ exigitur, duo † sufficiunt. Vox † aũt unius solius testis, nullo modo ad probationẽ est idonea, ad præsumptionẽ [b] faciendã potest admitti. Et hic considerandũ, ut nullus sit testis, iudex uel actor. Nullus enim duas personas in iudicio necessarias in eodẽ iudicio habere potest. Item omnis testis iuratus testimoniũ † dicat, & antequam ad dicendũ testimoniũ accedat, separetur. † & utrum uerisimile & concordãs testimonium alterius, testis dicat, discutiatur. Quòd si plures testes sint, & discordant, honestioribus † credendũ est. à reliquis si uiles sint personę, per tormenta ueritas exigenda est.

b ¶ Præsumptio est fides habita de aliqua re per aliquam extrinsecam causam sufficiẽtem.
† d. l. iusiurandi.
† generali consuetudine per l. nullum. C.

† l. ob carmen. D. eod.

¶ INSTRVMENTIS [c] quæstio probatur, cum scriptum aliquod ad probandum factum quod in quæstione est, indicitur. hoc autem tale esse debet, ut tabularii publici cõscriptione, & testium [d] subscriptione roboretur. Quod si tabularii conscriptionẽ non habent, testium sacramẽto firmetur. Sin uero & testes & tabularius mortuus sit, dubitatio autem emergat, utrũ tabularius scripserit, tribus publicis instrumentis, & de quibus dubium non sit, dato sacramento comparantis, cõparatio fiat literarum. Cum autem quæstio iuris est, p̃ ius scriptum, uel per æquitatem, uel per simile probari debet. Sin uero ęquitas iuri scripto contraria uideatur, secundum ipsam iudicandum est. Ait enim constitutio: † placuit in omnibus rebus præcipuã esse iustitiæ, æquitatisque, quam iuris stricti rationem. huic enim aduersari uidetur constitutio † posita in primo libro Codicis. titu. de legibus & constitutionibus, inter ius & æquitatem interpositã, interpretationem nobis solis oportet & licet inspicere. Cum autem nominis est quęstio, per definitionem, uel perscriptam legem probari oportet. Viso autem quid sit iudicium & eius causa, cętera quæ sequuntur, ad tractandum de actione redeamus.

¶ De fide instrumentorum.
c ¶ Instrumenta dicũtur scripta p excellentiã, eo q̃ nos instruunt veritatem.
d ¶ Testes in inferiori parte subscribuntur interfuisse negotio, quod est in quęstione.

† l. placuit. C. de iudic.

† l. j.

¶ IN ACTIONE oportet inspicere ex qua causa nascatur, ex quo iure proficiscatur cui competat, aduersus quem, & quid in eam veniat, & iudicis officium in ea.

¶ De actionibus. quę ex obligatione nascuntur, dicuntur in personã: quæ ex rei detentione, in rem vocant.
e ¶ In personã idcirco dicuntur actiones quę ex obligatiõe nascuntur, quia quocunque modo res in quã obligatur quis alienet persona tñ eius qui debet, obligata permanet, quousque mihi satisfaciat. At vero si in rem actione mihi aliquis tenetur, forte qa rẽ meã possidet: quocunque mõ sine dolo suo definat possidere amplius nõ mihi tenebitur, sed aduersus eũ qui cępit possidere, actione intẽdã in rem.
A ¶ Quę competunt in personam, s. re, uerbis, literis, consensu.

¶ NASCITVR AVTEM omnis actio ex obligatione, vel rei detentione. Ex obligatione, nascuntur omnes personales [e] actiones. Obligatio autem quibus modis [f] contrahitur, superiùs dictum est. Ex rei detentione nascuntur actiones, cùm persona quidem nullo modo obligata est, sed in rẽ quã possidet, aliquod mihi ius dico habere, & hæ actiones vocãtur in rem. Harum aliæ sunt ciuiles, aliæ prætoriæ. Ciuiles alias de vniuersitate, alias de re speciali. De vniuersitate ciuiles actiones proditæ aliæ ad petẽdum, aliæ ad diuidẽdum. Ad petendũ prodita est, petitio hæreditatis, quæ competit hæredi ad petẽdam hæreditatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

† l.j. D. famil. erciſc.

† l. in rem actio. D. de rei vindi.

† l.j. commun. diuidun.

† l. ij. l. iij. § fin. D. fini. regun.

† l. iij. D. de pub. in rē act.

† §. item Seruiana. Inſti. de actionib.

¶ Ex quo iure proficiſcatur actio.

a ¶ Ex iure prætorio uel ciuili cui cōpetit actio.

A ¶ Ex maleficio, ut furto, rapina.

¶ Aduerſus quem cō petat.

b ¶ Id eſt, ex ea cauſa ut ex tumultu, incendio, ruina, nauf. agio.

c ¶ Conuenitur ſi dolo deſijt poſsidere, ac ſi poſsideret.

¶ Quid in actionem uenit.

d ¶ Actiones ex contractu ſunt commodati, depoſiti, pignoratitia, mandati. quaſi ex contractu ſunt tutelæ negotiorum geſtorū.

† notatur in rubri. C. de oblig. & actio.

† l. ſi mandatum. C. de nego. geſt.

diratem. Ad diuidendū † prodita eſt actio familiæ erciſcundæ: quæ hæredi competit ad diuidendum. In rem † ſpecialem ad petendum prodita eſt vindicatio, quę domino competit ad rem ſuā petēdam. Ad diuidendū † ſpecialis eſt cōmuni diuidūdo, quę eis cōpetit, qui ĩ aliquam cōmunem habent. Item in rem ciuilem eſt finium † regundorū, quæ datur eis, qui cōfines agros poſsidēt, ad fines diſtinguēdos. Iure prætorio proditæ ſunt actiones in rem, veluti de ſeruitutibus prædiorū urbanorū, & ruſticorū. Item Publiciana, † quæ datur bonæ fidei poſſeſſori. Itē Seruiana & quaſi Seruiana, quæ etiam hypothecaria uocatur. Per Seruianam autē experitur † quis de reb. coloni, quæ domino fundi pro penſionibus obligarę tacito iure uidentur. Quaſi Seruiana, qua creditor de re ſibi pignorata experit, quæ hypothecaria uocatur. Inter pignus uero & hypothecā nihil aliud intereſt, niſi quia pignus ſine traditione fieri. In hypotheca uerò poteſt.

¶ EX QVO IVRE proficiſcit actio? [a] ſi quidem ex contractu eſt, ei qui contraxit, uel hæredi eius. Sin uerò ex maleficio, A ei qui maleficium paſſus eſt, uel hęredi eius, præter actionem iniuriarum, quæ nec hęredi, nec in hæredem datur: & ſi quæ ſunt ei ſimiles. Quòd ſi in rem ſit actio, ei competit qui ius in ea re, quæ petitur, habere dignoſcitur, & hęredi eius, niſi in perſona ius cohæreat, ut uſusfructus, uſus, habitatio.

¶ ADVERSVS QVEM competit? ſiquidem ex contractu eſt: aduerſus eum qui cōtraxit, uel eius hæredem, niſi ſit depoſiti, de quo lis creſcat [b] in inficiando. Si verò ex maleficio, aduerſus eum, qui maleficiū fecit, uel eius hæredem poſt litis conteſtationem. Sin uerò in rem ſit, aduerſus eum competit, q poſſidet, uel qui dolo fecit, quominus poſſideret. Dolus enim ſemper pro poſſeſſione [c] habetur, & eius hæredem.

¶ QVID IN ACTIONEM venit? ſiquidem in perſonam eſt ex contractu, [d] uel quaſi contractu videndum eſt, utrùm contractus talis, uel quaſi cōtractus ſit, vnde mutuæ naſcātur obligationes, vt ſunt commodatum depoſitum, pignus, mandatum, tutelæ, negotiorum geſtorum. Ex his enim omnibus prædictis, duplices † naſcuntur actiones, vna directa, altera contraria. Directa actio † eſt, quæ datur domino rei, uel uti commodanti, deponenti, debitori, mandanti, pupillo, ei cuius negotia geſta ſunt. Contraria eſt, quæ datur his, qui rem geſſerunt, cōmodatario, depoſitario, creditori, mandatario, tutori, curatori, negotiorum geſtori. Et in directis quidem actionibus venit res, quæ in conuentione poſita eſt, ut præſtetur, ſeu reſtituatur. Item dolus & lata culpa ſolummodò in quibuſdam, uel uti in depoſito & etiā in pro ſocio. vtrunque in quibuſdam, dolus & omnis culpa, & diligētia, ut in pignoratitia, mandari, tutelæ, negotiorum geſtorum. In aliis exactiſsima diligentia, ut ĩ commodato. In contrario iudicio uenit hoc, quod impenſum eſt. In uenditi, iudicio conuenit pretium. In empti verò res uendita, & ſi quid in ea deliquit dolo, vel culpa, veniunt etiam acceſsiones. Item in locati actione venit merces & delictum, & cuſtodia diligens, uenit ipſa res quę locata eſt. In conducti iudicio uenit, ſi quid impendit, ſi quid deliquit. Et notandum q omnes prædictæ actiones, [e] ad intereſſe ſpectant, ut ſi quidem hoc quod in natura, actionis eſt, præſtet reus cum ſuis acceſsionibus, abſoluatur. Sin autē, ad intereſſe reus condemnetur. Et notandum quod omnes prædictæ actiones, bone fidei ſunt. Item bonæ fidei eſt, ex ſtipulatu [f] quæ B competit mulieri ad acquirendam dotem. Item præſcriptis uerbis, quæ competit de eſtimato, & ea quæ ex permutatione. § & hoc ſciendum generaliter, quòd in omnibus bonę fidei iudiciis, non ſolum res, quæ eſt in conuentione venit, ſed omnes perſonales præſtationes. Itē omnes acceſsiones. Item quicquid alterum alteri, ex bono & æquo præſtare conuenit. Item ſi pecunia eſt, vſuram [h] ex mora præſtari conuenit. In aliis autem ex contractu, uelut in condictione certi, quę deſcendit ex mutuo & in ſtipulatu, præter in ſupradicto caſu, & indebiti condictione, & in præſcriptis uerbis actione ex aliis cauſis præter ſupradictas competē te, quia ſtricti iuris ſunt, res ipſę tantum, quę in conuentione poſitę ſunt vocauit, uel per errorem ſolurę. Poſt litis autem conteſtationem etiam acceſsiones ueniunt. In his autē acceſsionibus, quæ naſcuntur ex maleficio, vel quaſi maleficio, in quibuſdam uenit ſimplum, in quibuſdam duplum, in aliis triplum, in aliis quadruplum. Simplum uenit uelut in actione legis aquiliæ. Item de dolo, & poſt annum vi bonorum raptorum. Duplum in actione furti nec manifeſti, ſerui corrupti, & in actione depoſiti, ex incendio, ruina, naufragio ſi inficiatur. Triplum, uelut ſi quis maiorem ſummam in libello conuentionis inſeruit, vt viatores maiores ſportulas à reo exigerent. Quadruplum conſequitur, actione furti, vi bonorum raptorum. Item de calūnia, & in aliis multis caſibus ultra quadruplum, nulla actio prodita eſt. Per actionem uerò in rem conſequitur quis ipſas res in quas intēdit, & in aliis quidē uenit res ipſa, quę petitur, in quibuſdam ius tantū in re in quibuſdā ſola poſſeſsio. Res ipſa venit in actione iure ſpeciali, quę vindicatio appellatur, ueniūt etiam partus, & fœtus, & fructus, & acceſsiones, & hoc uarie ſecundū qualitatē poſſeſſorum. Si enim bonæ [i] fidei ſunt poſſeſſores, de cōſumptis nō tenentur: malę fidei poſſeſſor omnium rationem reddet. In petitionē autē hereditatis, q̄ competit heredi, ſolummodo cōtra eum qui poſsidet pro herede C uel pro poſſeſſore, veniunt non ſolū res, quę fuerè defuncti, ſed & commodatæ & depoſitæ, & quęcunq; defunctus poſſedit quoquo iuſto modo tpe mortis quę non tantum perſonales fuerè, vt vſusfructuariæ. Item in familiæ [k] erciſcundæ, & communi diuidundo res ipſę veniunt nō ad hoc, ut reſtituantur, ſicut in ſupradictis, ſed ut diuidantur.

e ¶ Omnes p̄ſonales actiones, ita ſunt p̄dictę, ut id quod in contuetione eſt, in primis per eas petamus: ut ſi equū ab aliquo emi, & mihi uēditor tradat, agam ex empti actione, peteˢ eū equum, ut mihi ſecundū conuentionem tradat. Quod ſi tradere noluerit, iudex eum cōdēnare debet, ita ut uel equum mihi tradat: uel intereſſe mihi præſtet, quātum mihi præſtet, quātum mihi potero oſtēdere meam utilitatem futuram ex traditione equi. ueluti ſi eo die quo mihi tradere debuit, eum precio c. ſolidorum uenditum habui, cùm tantum eum non niſi xl. ſciuiſſem, c. mihi præſtabit.

f ¶ Idcirco huiuſmodi actiones bonæ fidei dicūtur, quia cum generaliter in omnibus actionibus quæ naſcūtur ex contractu uel quaſi contractu, bona fides exigatur, in his tum maximè exigitur & ideo nō ſolū, id qđ in conuentione poſitū eſt, uel eius intereſſe p has ſicut per eas, quæ ſtricti iuris ſunt, petitur & fœtus & acceſsiones, & generaliter quicq̄d ex bono & æquo alterū alteri præſtare oportet.

B ¶ Siue intercedit ſtipulatio, ſiue non: lure enim tacito, ſemp̄ interceſsiſſe intelligitur.

g ¶ Permutatio differt à mutuo, quia in mutuo eadē qualitas & quantitas reſtituenda eſt In permutatiōe vero & eadē & diuerſa præſtari poſſunt. Itē mutuum cōſtat in his rebus: quę conſiſtunt pondere, numero, mēſura. Permutatio verò omnium rerum corporalium fieri poteſt.

h ¶ In omnibus bonę fidei iudicijs uſurę ex mora ueniūt. Mora autem facit qui poſtquam debuit ſoluere interpellatus cùm nullam iuſtam cauſſam habeat, noluit.

i ¶ Quicquid aliquis ſperat ex bono & æquo ſe p̄ſecuturum ab eo cum quo ꝓxit, uel quaſi contraxit bona fides dicitur.

C ¶ Qui poſsidet, qui putat ſe hęredem cùm non ſit.

k ¶ Nota has dictas actiones miſtas in rē & in perſonā.

† §. ſi inſt. de offi. iudi. l. viij. D. ſi. reg.

a ¶ Per quā poſsidēs negat cē Titio ius, ve lutu alius ædificandi.

b ¶ Actio, quæ dicit condictio furtiua cōpetit domino ad rem ſibi furatā tantū perſequēdam. & diſtat ab actione furti: quia per eam pœnam tantū cōſequimur, per condictionem furtiuā rem tantū furatā. Actione quę dicit damni iniuriæ conſequitur quis & æſtimationem damni, id eſt rem & quāti eo anno uel xxx. proximis dieb. plurimi fuerunt. quod eſt pœna.

¶ De officio iudicis.

† §. præterea inſti. de actionib.

¶ De actione in nos ex contractu filiorum uel ſeruorum.

† l. j. D. quod iuſſu.

uidantur. veniunt etiā perſonales præſtationes, non vnde per finium regundorū iudicantur. In finiū uerò regundorū veniunt res, non ad hoc vt reſtituātur uel diuidātur, ſed vt eorum termini erigantur. † Ius in re conſequitur quis actione in rem propoſita, de vſufructu & vſu & habitatione. Item ius in re conſequitur quis, de ſeruitutibus urbanorum prædiorum & ruſticorum, quæ dantur tam ex parte petentis, quam poſſidentis, [a] cum in nullo alio iuris articulo, poſſidenti actio ſit prodita. Poſſeſsionem conſequitur quis Seruiana & quaſi Seruiana. Per actionem veró ad exhibendum neq; rem conſequimur, neq; ius in re, ſed tantum ut oſtendatur nobis, ut poſteà vindicare, uel alio modo petere poſsimus: qua quidem actione poteſt agere is, cuius intereſt, vt exhibeatur ex aliqua probabili cauſa. Item ſciendum quod quædā actiones ſunt rei perſecutoriæ tantum, quædam pœnę tantum, quædam rei & pœnæ, quę miſtæ vocātur. Rei perſecutoriæ ſunt omnes actiones in rem. itē in perſonā, omnes ex contractu uel quaſi contractu præter actionem depoſiti, quæ competit eo nomine cuius depoſitū eſt. Tumultus, incendii, ruinæ, naufragii cauſa cōtra inficiantem. Ex maleficio uero quędam pœnæ tantū ſunt perſecutoriæ, quædam miſtæ. Pœnam tantum conſequitur quis actione [b] furti, iniuriarum, quod metus cauſa, intra annū. Itē de eo quod ſuſpenſum poſitum ve eſt quod vulgo iter facientibus nocere poſsit. Pœnam uerò & rem conſequitur actione vi bonorum raptorum, dā ni iniuriæ, & aliis multis. Rem tantum conſequitur ueluti condictione furtiua.

¶ OFFICIVM IVDICIS, eſt id, quod venit † in vnaquaq; actione exequi. Item cōpenſationes admittere, præter quam in actionibus in rem, cum de ipſa re eſt controuerſia. Item in bonæ fidei iudiciis, ſi pecunia eſt ex mora, in uſuras condemnare. Nonnunquam ipſum petentem ad tāxationem rei quæ petitur cum iureiurando admittere. Et generaliter quicquid alterum alteri ex bono & æquo debere uiderit, in id debet eum condemnare.

¶ ITEM SCIENDVM de actionibus, q̄ non ſolum conuenimur quandoq; ex noſtro cōtractu, uel eius cui ſucceſsimus, ſed ex alieno, ueluti ex cōtractu eorum, quos habemus in poteſtate, † id eſt, filiorū uel ſeruorū, ita demū quis ob eorū cōtractū in nos agere poterit, ſi uel iuſſu noſtro contractū eſt, aut in rem noſtrā uerſum eſt, aut ſi eos tabernæ, uel alicui negotiationi præpoſuerimus, aut ſi eos nauis exercitores fecerimus, aut peculiū aliquod habere dignoſcūtur actione quod iuſſu agitur, cum noſtro iuſſū aliquis negotiū cum his, quos in poteſtate hominis geſtum eſt. & hac actione actor ſolidum cōſequetur. De in rem verſo actione agitur, cum quod geſtū eſt cum prędictis perſonis, in rem noſtram uerſum eſt: veluti ſi ſeruo meo Titius mutuo x. dederit, & ſeruus omnes, uel partem eorum in vtilitatē meam uertit, & hoc iudicio, id ſolū quod actor in rem noſtrā verſum eſſe proba-

bit, conſequetur. Inſtitoria agit qui cum ſeruo, uel filio cōtraxit, quem tabernæ uel alicui negotiationi præpoſueramus, eius rei gratia cui præpoſitus fuerat. Exercitoria agit qui al; quod negotium geſsit cum eo, quem naui præpoſueramus eius rei gratia cui præerat. De peculio agit omnis, qui cōtraxit cū his, quos in poteſtate habem[b], cū ipſi aliquod peculiū habere dignoſcuntur. Peculiū autē eſt patrimoniū perſonæ in poteſtate conſtitutę. Ita demū quis de peculio aget, ſi contra decretum amplisſimi [c] ordinis, mutuo pecunia data ſit. Tunc enim creditor ad petendū nullā actionē habebit, hac autē actione tantū quis conſequetur, quantum in peculio eſt, deducto hoc quod patri, dominove debetur, quòd ſi nihil ſit in peculio, hac actione nihil conſequetur. Eſt & alia actio, quę datur in nos ex contractu filii uel ſerui, quę tributoria appellatur. Hęc autem actio tūc locum habet, cum ſeruus uel filius negotiatur ĩ merce peculiari, & eius rei cauſa, cum eo aliquod negotium geſtum eſt. Hac autē actione † pater, uel dominus nō deducet id, quod ſibi debetur, ſed cum omnibus creditoribus ęquam condictionem habebit.

¶ EX MALEFICIO autē filiorum familias in parentes nulla datur actio, ſed ipſi ſuo nomine conueniuntur. Ex ſeruorum verò dātur actiones in dominos, quę noxales appellātur. Eſt autem noxa, † ipſum animal quod nocuit: noxia uero ipſum maleficium uocatur: tamē qūq; & ipſum maleficiū noxa dicit. hoc autem iudicio ita dominus damnatur, ut uel ipſum maleficiū, ueluti furtū rapinam, damnū iniuriam ita emendet, ac ſi liber homo feciſſet uel ſeruum ipſum noxę dedat. Illud i intelligendum eſt, ſi animal alicuius, uelut equus, aſinus, mulus, canis pauperiem faciat.

¶ EST AVTEM PAVPERIES damnū ſine iniuria faciētis datū. † Nec enim poteſt dici iniuriā feciſſe, qui ſenſu caret. Ita autem actio de pauperie locū habet, ſi contra naturā aliquo ſeruo re aut feritate, damnum datū ſit. Hęc autē [d] toties tenenda ſunt, quoties nec ſeruus domini iuſſu, uel uoluntate dā nū dederit, aut animal alicuius inſtigatu † pauperiem fecerit. tunc enim & directo dominus ſuo nomine tenebitur, & is, cuius inſtigatu dānum datum eſt, in ſolidum emēdare cogitur.

¶ SVPEREST vt videamus de interdictis. Sunt autem Interdicta, † formulæ & conceptiones verborum, quibus prætor aliquid fieri iubebat, uel prohibebat. Interdictorum† autem, alia ſunt exhibitoria, alia prohibitoria alia reſtitutoria. Exhibitoria ſunt, ueluti de libero homine exhibendo, uel de liberis exhibendis. Prohibitoria ſunt, ueluti interdictum per quod prętor prohibet fieri uim ſine uitio poſsidenti. Item ne quid fiat in loco ſacro uel religioſo, quo ius loci lędatur. Item ne quid fiat in flumine publico, vel eius ripa, quò peius nauigetur. Reſtitutorium eſt, ueluti interdictum unde ui, quod competit ei, qui vi de poſſeſsione eiectus eſt, cùm [e] nec ui, nec clam, nec precario, ab aduer

c ¶ Amplisimi ordinis decretum, id eſt ſenatuſcōſultum Macedonianum: quod inhibet repetitionē ei[a] pecuniæ quæ data eſt filiofamiliās, niſi data ſit filiorū cā, uel militiæ, uel ſimili ratione. alia idcirco ab his mutuæ pecuniæ repetitio inhibet, quia in hoc toties coacti à creditoribus vitæ parentum in fidiabantur.

† l. peculium autem. D. de pecul.

¶ De noxalibus actionibus.

† §. i. inſt. de noxal. ac. l. i. D. ſi quad. paup.

† Idem & rectius.

¶ De pauperie.

† inſti. ſ. quadr. paup. in prin.

d ¶ Quæ dicta ſunt de ſeruo & bruto animali.

† d. l. i. §. ſed & ſi inſtigatu.

¶ De interdictis.

† inſtr. eo. in prin.

† l. i. i. D. eo.

e ¶ Vi poſsidet, q aliū vi expulit clam poſsidet, qui ſciēs rem alienā, inſciēte dño timēs cōtrouerſiā futuram, latenter poſsidet. Precario qui precibus impetrauit poſſeſsionē, ueluti colonus. hi, omnes interdicto vnde vi agere non poſſunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

† §. sequens. Instit. de actionibus.

ab aduersario possidebat. Item interdictorũ, alia sunt † comparata, gratia adipiscendæ possessionis, alia retinendæ, alia recuperandæ. Causa adipiscẽdæ possessionis sunt comparata interdicta: veluti, Quorũ bonorum, quod competit eis, qui iure prætorio hæredes existunt ad petendam hęreditatem. Item, Quorum legatorũ, quod competit legatariis ad legatorum possessionẽ adipiscẽdam. Item Carbonianum edictum, [a] quod causa adipiscẽdæ possessionis introductũ est, quod competit puero ad hęreditarias res possidendas, quousque discernatur, an filius defuncti sit, qui toties locum habet, quoties dubitatur de partu. Retinendę possessionis causa, cõparata sunt interdicta, [b] Vti possidetis, & Vtrubi, quę tũc dantur, cum vterque se possidere cõtẽdunt. per quod inquiritur, quis maiore parte eius anni, nec clam, nec vi, aut precario ab aduersario possederit. Restituendæ possessionis causa comparatum est interdictum, Vnde vi, quod ei competit, qui de possessione vi expulsus est, intra annum vtilem, vtilis annus est, intra quem copia experiendi fuit. In hoc interdicto nihil aliud quæritur nisi si possessor qui ui expulsus est, ab eo qui expulit, nec ui, nec clam, nec precario possidebat. Et notandum, quòd tam interdicta quã etiam omnes actiones prætoriæ, si in rẽ sunt, perpetuę sunt: si in personam, anno † terminantur. Omnes verò actiones vel interdicta, ita demũ locũ habent, nisi vel ipso iure sublatæ sint, vel præscriptione remoueantur, vel exceptione elidantur. Quomodo autem ipso iure tollantur vel præscriptione remoueantur, superius dictum est. Nunc verò uidendum, quomodo exceptione inefficaces ostendantur.

a ¶ Carboniano iter dicto cautum est, ut si pupillo patri uolenti succedere, generis controuersia moueat, ueluti si dicatur non esse filius defuncti, ut hæc quæstio usq; ad pubertatis annos differat, & interim pupillus possessionẽ rerũ hęreditariarũ hęat, & unde ei alimenta præbeantur.

b ¶ Differunt tñ hæc duo interdicta: quia uti possidetis, locum hẽt in reb. immobilib. utrubi verò in mobilib.

† l. in honorariis. D. de obli. & act. & Instit. de perpe. & temp. actio.

¶ EST AVTEM EXCEPTIO, [c] CONtra actionem, ipso iure tenentem, gratia eius, cum quo agit, ex æquitate inducta defensio, ueluti hæ † Doli mali, Quod metus causa, Pacti conuenti, Iurisiurandi, Rei iudicatæ, Non numeratæ dotis, Non numeratæ pecuniæ. hę autem exceptiones tũc locum habẽt, cum is qui cõuenitur iure quidem stricto tenetur actione, sed ei contra ius strictum, aliqua prædictarum causarum interueniente ex æquitate succurritur. Si enim non tenet actio, nullo modo locũ habet exceptio. tenet verò actio donec certus modus eius soluẽdæ interuenit. Itaque si alicui nouem per stipulationem promisero: posteaque ne à me petat, cum eo conuenero, uel mihi, eo decrẽte, iusiurandũ, non me sibi eadem debere iurauero: vel si iudicatum erit me sibi decem non debere, uel si dolo id fecit, ut ego promitterem, uel metu ad promittendum me coegit, uel si ideo promisi, quod mihi eum numeraturũ putaui, licet stricto iure eius contra me ex stipulatu actio teneat. Hęc enim †, non nisi solutione uel acceptilatione tolli potest: tamen petentem exceptione pacti conuenti, uel iurisiurandi, aut iudicati, aut doli, aut metus, uel non numeratæ pecuniæ, sum mouebo.

c ¶ Modi soluendæ actionis superius dicti sunt.
† à titulo de exceptionib. ad titulum de obligationib. & action.

† Instit. quib. mod. tol. oblig.

¶ De publ. iudi.

¶ CRIMINALIS CAVSA EST, cum crimen aliquo d intentaẽ: vnde non pecuniariũ cõmodum, sed vindicta personę speratur, hæc uerò non per actionem exercetur, sed per accusationẽ, & solennem † inscriptionem. Is enim qui aliquem accusare uult, constare debet libellũ accusationis, in quo & crimen cõtineat, † & locum, & tempus, & diem, & nomen accusati, & quo cõsule factum esse ostẽdat, & ad iudicem deferre. In publico autem crimine, cuilibet ex † populo accusandi potestas datur: vnde & publica dicũtur, quasi populica, dum aliqua speciali ratione nõ prohibeatur, Prohibentur † autem serui, liberti, contra patronos (nisi in crimine maiestatis) parentes, liberi, mulier, miles, nisi in sua causa suorumque. Itẽ publico crimine accusatus prohibetur alium accusare, donec se † expurget. Item impuberes, & qui sensu carent. Item de adulterio accusatio contra mulierem, marito primitus, & posteà propinquis defertur. Item de homicidio prius hæredibus interfecti, posteà cuilibet accusatio defertur.

† Insti. de publ. iudi. in princ.

† l. libellorum. D. de accusationib.

† Insti. de publ. iudi. in princip.

† l. qui accusare. & l. seqẽ. D. de accus.

† l. neganda. C. qui accusa. non poss.

¶ ITEM IN PVBLICO Iudicio tria genera pœnarum considerandà † sunt. Summum genus est, suspensio, crematio, decollatio, bestiarum subiectio. Medium genus, pœnæ, metallum, ludus, deportatio. Minimum, relegatio, exiliũ, publica uincula. Omnes autem pœnæ tam publicorum iudiciorũ, quàm & priuatorum molliendæ sunt, non † exacerbandæ: beneficia uerò exaggeranda sunt, & ideo pœnę ad exemplum trahendę non sunt. Sunt autẽ publica iudicia hæc, lex Iulia, quæ adulteros punit capite. Item de stupro, quæ tutorem qui pupillæ † virginitatem corrupe rit, in exilium damnat, & res eius, fisco deputat. Eadem lege punitur capite, ea quæ seruo proprio † occultè se miscuerit, seruus etiam viuus igni traditur, & huius criminis accusatio etiam seruis concedit. Item capite punitur ex sententia eiusdem legis, masculorum concubitores. † Lex Cornelia † testamentaria quæ punit eum, qui testamẽtum, quive aliud instrumentum dolo malo conscripserit, recitauerit, subiecerit, amouerit, deleuerit, commutauerit, quive sigillum adulterinum fecerit, impresserit, quive falsam monetam, uel adulterinam fecerit, qui falsum testimonium dixerit: qui ob falsum testimonium perhibendum, uel uerum non perhibendum aliquid acceperit, dederit ve, quive iudicem vt sententiam ferat, vel non ferat corruperit, corrumpive curauerit, qui ob sententiam dicendam, vel non dicẽdam acceperit, honestiores personas quidem deportatione & publicatione bonorum, humiliores, aut in metallum, aut fortè suspensione. Serui autem post commissum, manumissi capite puniuntur. Item lex Cornelia de sicariis, [d] & ueneficiis, [e] quę pœnam infligit his, qui hominẽ occiderint, uel eius rei faciendæ causa furtiuè, cum telo fuerint, & qui venenum hominis necandi causa habuerint, uendiderint, parauerint, qui falsum testimonium dixerint, ob quod quis mortuus fuerit, mortisve causas parauerint.

† l. in. D. de ficc.
† l. i. D. de parricid.

† l. unica. C. de iis, qui par.

† auth. ut iudic. sine quoquo suffr.

† §. item lex Iulia. inst. de pub. iudic.

† l. i. D. ad le. Iul. pec.

† l. i. & toto tit. D. ad le. Iul. maie.

† l. i. D. ad leg. Iul. de ambi.

† l. i. C. de seditiosis.

† l. iii. & ix. D. de pecula.

† l. j. C. de accus.

† l. pen. D. de pœn.

† §. item lex Iulia. Insti. de publ. iudi.

† l. unica. C. de mulier. q seruis prop.

† l. cum uir. C. de adul.
† l. j. ij. viij. ix. D. de fal.

¶ De Pœnis.
† l. aut damnum. D. de pœn.

d ¶ Sica, est ferreus culter: ponitur tamen pro quolibet gladio.

e ¶ Item eadem puniuntur magi, aruspices, augures, qui nocturna dæmonum sacrificia celebrãt: & qui incantationes dæmones inuocant, consuluntve tẽpestates que emittunt, qq; hoies immolant: hi aũt bestiis subiiciant, aut iniui urantur, aut capite puniantur.

si quid

si quidem honestiores sint personæ, capite puniuntur, aut in insulas deportantur. † Humiliores verò aut furcis † suspenduntur, aut bestiis subiiciuntur. Item lex Pompeia † de parricidiis quæ punit eos, qui patrẽ matremve aut aliquem ascẽdentem, filium, filiamve, aut aliquem de descendentibus fratrem soro remve, vel aliũ propinquum occiderint. Hi enim † immisi culleo, cum gallo gallinaceo, item simia aut vipera, in vicinum mare, aut amnẽ (prout qualitas regionis tulerit) proiiciantur. Item lex Fabia de plagiariis. Plagiũ est liberi hominis furtum, quæ capite punit eos, qui liberos alienos furantur. Item lex Iulia repetundarum, quæ iubet ut iudices post depositam administrationem per † quinquaginta dies in eadem prouincia morentur. & si inuenti fuerint furtis aut sceleribus se commaculasse, omni honore exuti, inter infames habeantur. Item † lex Iulia de ui publica seu priuata, qua honestiores, tertia parte bonorum amissa, relegãtur. Humiles in metallum damnantur. Item lex Iulia peculatus, † qua capite punitur, qui publicam pecuniam furatus, in suos vsus cõuertit. Est autẽ peculatus, furtũ publicæ pecuniæ. Item lex † Iulia maiestatis, quæ pœnam infligit his, qui arma contra Imperatorẽ vel rempublicam mouerint, cuiusve ope vel consilio mota sunt, exercitusve in insidias deductus est, quiue sine iussu Imperatoris bellum mouerit, exercitumve conduxerit, solicitauerit, cõparauerit. huius quidem pœna, humiliores bestiis subiiciuntur, aut viui vtuntur. Honestiores verò capite puniuntur, ac post mortem memoria eorum damnatur. Itẽ lex Iulia de ambitu, † qua in insulam deportatur, qui turbam suffragiorum [a] causa conduxerit, vt aut consulatum, vel aliquam dignitatẽ adipisceretur, aliquid alicui dederit uel promiserit. Item publicum crimen est, raptus, quo crimine puniuntur capitali sententia, qui virginem, † seu viduam, vel quamlibet mulierem, per raptum sibi vel alii in matrimonio, uel contubernio sociare uoluerint, quive etiam ad huius factum, assensum & cõsilium opemve præbuerint. Eadem puniuntur qui uirgines uel uiduas sacras, causa iungendi in matrimonio non † dicam rapere, sed tantum fuerint ausi attentare. Item publico crimine, si vilior persona est, fustibus cẽditur, si quis latronem, † vel in publico crimine reum in domo sua occultauerit, aut Iudici tradere neglexerit. si verò honestior sit persona, iudicis arbitrio damnum patietur. Item æstimatione iudicis puniuntur, qui seditionem † audent commouere. Item fustibus cẽditur, qui iniuriam publico iudicio fecisse cõuincitur. Item † qui sacrilegium faciunt, uel deportantur ad tempus honestiores, uel humiles in metallum damnantur. Item qui terminos † effodiunt vel exarant, uel alio in alicuius fraudem commutant, si quidem serui fuerint, in metallum damnantur. si verò humiliores personæ, in opus publicum. honestiores in insulam, amissa tertia parte bonorum, relegantur, & damnum soluere cogunt. In omnibus autem publicis criminibus, non solum is tenetur, qui facit, sed etiam qui faciẽdum mandat, † cuiusve etiam consilio facta sunt. Item publico crimine damnatur qui se periurasse conuincitur, qui ultimo supplicio ferietur.

a ¶ Suffragia, dicuntur uoces acclamantiũ in turba.

† l. unica. C. de rap. virg.

† l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cleric.

† l. i. C. de iis, qui latro.

† l. non ideo minus. C. de accus.

¶ BONA AVTEM capite damnatorũ, non ut olim ad lucrum præsidis pertinere debent, sed ab intestato † venientibus restitui oportet. Et hæc nos summatim de publicis iudiciis, dixisse sufficiat. Alioquin in libris Digestorum seu Pandectarum, diligentior disciplina paratur.

¶ De bonis damnatorum.
† auth. bona damnatorum. C. de bo. proscri. & §. oportet. in auth. ẽ manda. princ. coll. iii.

¶ NVNC DE SENTENTIIS & prouocationibus consideremus. Omnis sententia definitiua, & certam rem uel quantitatem continere, & in scriptis [b] proferri debet. Alioquin nullas uires habebit, nec ab ea prouocandum est. Iure verò sententia data, executioni mandanda est, nisi ab ea prouocetur. Prouocatione uerò sententia suspensa, executio differenda est. Prouocare autem potest quis, non solum in ciuili causa, sed etiã in criminali. Item contra omnẽ sententiã appellari potest, nisi is qui sentẽtiam dedit, sit præfectus † prætorio: [c] tunc enim nõ prouocatio, sed retractatio locum habet. Item omnis prouocatio intra x. dies à die latæ sententiæ fieri debet, posteà non admittitur. Quod autẽ contra omnium iudicum sententias possit appellari, Iustiniani imperatoris nouella constitutio ostendit, titulo de appellationibus, & intra quæ tempora &c. Omnes iudices porrectas appellationes suscipiant, nisi sit † præfectus prætorio. Quòd autem intra decem dies quis possit appellare, eius noua constitutio præcipit, dicens, Omnis prouocatio siue per se, siue per alium quis velit prouocare, intra decem dies porrigatur, quos numerari constitutio † præcipit ex ea die qua definitiua sententia recitata est.

b ¶ Excepta episcopali sententia: q & fine scriptis proferri potest. nisi partes ut in scriptis proferatur de siderauerint. hinc dat executioni, quãdo iudex facit eam impleri. l. à proconsulibus. C. de appell.

¶ De sententiis, & prouocationibus.

c ¶ Præfecti prætorio tantum tres erant, unus in urbe, duo extrà.

† in fin. princip.

† in auth. de appel. & intra quæ tẽp. in uers. & sancimus.

¶ QVI AVTEM ex contumacia absunt, condemnati prouocare non possunt. Item q in aliquo negotio bis uictus appellauit, tertiò appellare non poterit. Ait enim prædicti Imperatoris noua constitutio, † Prouocationes damnato non denegentur, nisi fortè terappellare quis maluerit. Nam & tertia prouocatio interdicta est. Sed nec contumaces appellare possunt.

¶ Qui prouocare nõ possunt.

† l. unica. C. ne lice in una eademq; causa.

¶ LEGITIMA AVTEM prouocatione, iudices intra statutos x. dies, eam recipere non recusent. & xxx. dies postquàm prouocatio subsecuta est, literas dimissorias, quæ vulgo apostoli nominantur, & etiam acta negotii apud se confecta, † dare nõ differant. Qui si non fecerint, calculus quidem temporis transactione minimè confirmabitur. Ipse verò Iudex & qui ministerium ei præbent, omne damnum quod ex hac causa reus passus est reddere cogatur, & denas libras † auri, priuatis largitionibus Imperatori pœnæ nomine exoluat. hoc etiam obseruandum in omnibus † prouocationibus, vt

¶ Intra quod tempus omnis prouocatio fieri debeat.

† l. Iudicibus. C. de ap.

† l. quoniam iudices. C. eo.

† l. eos qui. C. eo.

appel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

appellationes factæ intra statutum tempus, si quidem vtraque pars præsens fuerit, iudex qui de appellatione cognoscit, sine dilatione, quæ acta sunt perscrutetur, & legitimum calculum proferat. Quód si solus appellator intrauerit vsque ad vltimum fatalem diem, id est vsque ad finem biennij, lis differatur: quo elapso iudex legitimam sententiã dicat. Quòd si solus victor intrauerit, nõ solum vltimũ fatalem diem, sed & tres menses, † idem tempus reparationis expectet. Quòd si etiã tunc nõ venerit, nullatenus biennalis præscriptio opponatur, sed acta considerentur, & secundum quod rectum Iudex inuenerit, sententiam ferat. & generaliter semel appellatione introducta ab vna parte vel ab vtraque, non biennalis temporis transactio, sed rei veritas priorem calculum confirmet, siue vna parte præsente, altera absente, siue utraque præsente. Ex hoc sciendum quòd si is qui appellat, absens fuerit siue vincat, siue vincatur, impensas † soluere cogitur. Si autem & calumniator esse conuincetur, in quadruplũ eas exoluet, & perpetuæ infamiæ subiacebit.

† L. ii. C. de temp. appel.

† L. ii. C. de appell.

¶ De calumniatoribus.

¶ EST AVTEM CALVMNIATOR, QVI sciens litem ad se non pertinere, aduersarij vexandi gratia, litem mouit. Ad quos autem iudices appellare liceat, dicere necessarium non duximus, eo quòd ij, quos lex nominat, apud nos non habentur. Hoc tamen sciendum, quòd si datus iudex sententiam dederit, ad eum, qui dederit, esse † appellandum. Ab arbitro autem, tantum communium partium consensu † electo, prouocandum nõ esse tam diui principes, quã etiam Iurisconsulti voluere.

† L. j. C. q. pro sua iu. † L. j. C. de arbit.

FINIS.

ἀρετὴ περὶ πράγματα πρακτικὴ.

CAII INSTITVTIONVM

quorum prior de personis, posterior de rebus.

TITVLI LIBRI PRIORIS.

De statu hominum.
De numero seruorum Testamento manumittendorum.
De iure personarum.
De matrimonijs.
De adoptionibus.
Quibus modis filij exeant a potestate patris.
De tutelis.
De curatione. †

† curatoribus.

De statu hominum. TITV. I.



OMNES HOMINES aut liberi sunt, aut serui: sed ex ipsis q liberi sunt, alij sunt ingenui, alij libertini. Ingenui, qui ingenui nati sunt. Libertini, qui iusta seruitute manumissi, liberi fiunt. Ingenuorum omnium vnus status est. Libertorum verò ideo non vnus est, quia tria sunt genera libertorum: † quia liberti aut ciues Romani sunt, aut Latini, aut Dedititij. tamen qui ciues Romani sint, qui Latini, breuiter explanandum est. ¶ Ciues Romani sunt, qui iis tribus modis, id est, testamento, aut in ecclesia, † aut ante Consulem fuerint manumissi. Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut cõ

† libertatũ

† Censu. sic Vlpianus i epito. ti. j.

uiuij adhibitione manumittuntur. Dedititij † verò sunt, qui post admissa crimina suppliciis subditi, & publicè pro criminibus cæsi sunt, aut in quorũ facie uel corpore quæcũque iudicia, aut igne, aut ferro impressa sunt: & ita impressa sunt, ut deleri non possint. ij, si manumissi fuerint, Dedititij appellantur. Sed inter hæc tria genera libertorum † ideo ciues Romani meliorem statum habent, quia & testamenta facere, & ex testamẽto quibuscunque personis succedere possunt. Nam & Latini, & Dedititij, nec testamenta condere, nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt vllatenus vindicare. tamẽ Latini certis rebus priuilegia ciuium Romanorũ Libertorum consequi possunt. Dedititij verò nulla ratione possunt ad ciuium Romanorum Libertorum † beneficium peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis aut testamento, aut in Ecclesia, † aut ante Consulem manumittantur, ciuium Romanorum priuilegia consequuntur. Non tamen omnes domini seruos suos manumittere possunt. Nam si aliquis multa debita habeat, cuius substantia à creditoribus teneatur obnoxia, si in fraudem creditoris sui seruos suos manumittere voluerit, collata manumisio non valet. Aut si Libertus ciuis Romanus filios liberos non habuerit, & in fraudem patroni sui seruos suos manumittat, similiter data manumisio non valebit. Prætereà minor † quicunque uiginti annorum dominus, seruo suo libertatem dare non potest, nisi fortè tãtum minor manumissor, cui pater suus & mater à patrono donati sunt, eosdem manumittat, aut certè pædagogum, aut conlactaneum manumittat. Nam quamuis dominus, id est, quatuordecim annos egressus testamentum facere possit, & hæredem instituere, & legata relinquere: libertatem tamen seruis non potest in hac ętate cõferre. †

† Vlpia. titu. j.

† libertatẽ

† ordinis beneficio

† Censu

† Vlpian. epito. tit. j.

† Vetante lege AElia Sentia.

De numero seruorum Testamento manumittendorum. TITV. II.

CONstitutum est, † quantum seruorum numerum testamento, de quãta familia liceat manumitti, hoc ordine. Vt si quis duos seruos habet, ambos manumittere possit. Qui uerò tres, duos testamẽto manumittat. Qui quatuor, similiter duos. Qui sex, tres. Qui octo, quatuor. Qui decẽ, quinque. Qui undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, decem & quinque, decem & sex, decẽ & septẽ, similiter quinque. Qui decẽ & octo, sex. Et ab hoc numero vsque ad triginta, tertiã partem manumittere liceat. Qui amplius quàm triginta habuerit, vsq; ad centũ, quartam partẽ de numero seruorum, manumittere potest. Qui uerò plures quàm centum habuerit, quintam partẽ manumittere potest. Sed & hoc statutũ est, ut de qualibet grandi familia, nulli amplius, q̃ centum testamento manumittere liceat. Nam qui uoluerit aut in Ecclesia, † aut ante Consulem, aut inter amicos, aut per epistolam manumittere, potest iis manumissionibus omnem familiam iugo seruitutis absoluere. Nam si aliquis testamento plures manumittere uoluerit, quàm continet numerus suprascriptus, ordo seruandus est. Vt illis tantùm libertas ualeat, q̃ prius manumissi sunt, usque ad illum numerum, quẽ explanatio continet superius comprehensa. Qui uerò postea supra constitutum numerũ manumissi leguntur, integrè in seruitute eos decretum est permanere.

† Lege Furia Caninia epito. Vlpia. ti. j.

† Censu

Quod

Quod si non nominatim serui, vel ancillæ in testamento manumittantur, sed confusè omnes seruos suos, & ancillas is qui testamẽtum facit, liberos facere voluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas, sed omnes in seruili conditione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebũt. Nam & si ita in testamento seruorũ manumissio adscripta fuerit, i. in circulo, vt qui prior, qui posterior nominatus sit possit agnosci, nulli ex iis libertatem valere manifestum est: si agnosci non potest qui prior, qui posterior manumissus fuerit. Nam si aliquis in ægritudine constitutus, in fraudem huius legis facere voluerit testamentum, sed epistolis, aut quibuscunque aliis rebus seruis suis pluribus quam per testamentũ licet, conferre voluerit libertates, & sub tempore mortis hoc fecerit, ii qui prius manumissi fuerunt, vsque ad numerum superius constitutum †, liberi erunt. Qui verò post statutũ numerum manumissi fuerint, serui sine dubio permanebunt. Nam si in coloniis quoscunque diuerso tempore manumisit, inter eos qui per testamentum manumissi sunt nullatenus computentur.

† comprehensum.

De Iure personarum. TITVL. III.

ALique personæ sui iuris sunt, aliquæ alieno iuri subiectæ sunt. Itaque cum ostenditur quæ personæ alieno iuri subiectæ sint, tunc euidenter agnoscitur, quæ sui iuris sint. In potestate itaque dominorum sunt serui, quam potestatem omnes gentes habere certum est. sed si distringẽdi in seruos dominis pro sua potestate permittitur, occidendi † tantum seruos suos domini licentiam nõ habebunt, nisi forte seruus dum pro culpæ modo cęditur, casu forsitan moriatur. Nam si seruus dignum morte crimen admiserit, iis iudicibus, quibus publici officii potestas commissa est, tradendus est, ut pro suo crimine publicè puniatur. In potestate etiam patrum sunt filii ex legitimo matrimonio procreati.

† tamen.

De Matrimonijs. TITVL. IIII.

LEgitimæ sunt nuptię, si Romanus Romanam nuptiis interuenientibus, vel cõsensu ducat uxorẽ. Sed non omnes psonas vxores ducere licet: quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec auo neptẽ, nec nepoti auiam. Quod non solum de personis, quæ nobis propinquitate cõiunctę sunt, sed etiam de adoptiuis, hoc est adfiliatis, iussum est obseruari. Nam si per emãcipationem adoptio dissoluatur, nuptias tamẽ inter has personas semper constat illicitas. Inter fratrẽ quoque & sororem siue eodẽ patre ac matre nati fuerint, siue diuersis matribus aut patribus matrimonia esse non possunt. Inter adoptiuos etiã fratres illicita sunt coniugia, nisi fortè adoptio emãcipatione fuerit dissoluta. Nam si emancipatio interuenerit, nuptiæ inter huiusmodi fratres licite contrahuntur. Fratris quoque & sororis filiam vxorem ducere non licet. Sororem quoque patris ac matris vxores accipere non licet. Genero quoque socrum suã, nec socero nurum vxorem accipere licet. neque vitrico priuignam, neq; priuigno nouercam. Fratres etiã amitinos vel consobrinos matrimonio iungi nulla ratione permittitur. Sed nec vni viro duas sorores vxores habere, nec mulieri duobus fratribus iungi permittitur: quia si quis incestas vel nefarias, id est, quæ sunt superius comprehensæ, nuptias inierit, nec vxorem habere videt, nec filios. Nam ii, qui ex huiusmodi conceptione nati fuerint, licet videantur habere, patrem vero nullatenus habere cẽsentur, et tanquam si de adulterio concepti, fuerint computantur, qui Spurii appellantur. hoc est sine patre filij. Regula iuris hoc continet, vt qui legitime concipiuntur, tempore conceptionis statum sumant. Qui verò non de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumant eo tempore quo nascũtur. Ac proinde legitima coniunctione conceptus, etiã si mater eius statum mutet, id est, si ancilla fiat, ille qui legitime conceptus est, ingenuus nascitur. Nam qui nõ legitimo matrimonio concipitur, si mater eius ex ancilla dum prægnans est, libera facta fuerit, liber nascetur. Si vero ex ingenua ancilla prægnans facta fuerit, seruus nascetur: quia non legitime, sed vulgo conceptus est.

Spurij.

De Adoptionibus. TITVL. V.

ADoptio naturę similima adeo est, ut aliqs filiũ habere possit, quem non generauit. Et ipsa adoptio duobus modis fit. Vna quæ arrogatio dicit, alia quæ adoptio. Arrogatio est, quando quis patrem non habens adoptat, & ipse se in potestatem adoptiui patris dat. Et ideo arrogatio dicitur: quia & ille qui adoptat, interrogatur, vtrum illum quem adoptat, filium habere velit. & ille qui adoptatur, interrogatur, v trũ id fieri velit. Illa verò alia adoptio est, vbi quis patrẽ habẽs, ab alio patre adoptatur. Et ita ille qui adoptatur, ď certi patris potestate discedit, & in adoptiui patris incipit esse potestate. Nam & fœminæ adoptari possunt vt loco filiarum adoptiuis patribus habeantur. fœminæ vero adoptare nõ possunt: quia nec filios ex se natos in potestate habent. Spadones autem qui generare nõ possunt adoptare possunt. Et licet filios generare non possint, quos adoptauerunt, filios habere tamen possunt. Si quis verò filios habens se dederit adoptandum, non solum ipse in patris adoptiui potestatem redigitur, sed & filii eius. si tamen auum pater num non habuerint, in adoptiui patris transeunt potestatem, tanquam nepotes.

Arrogatio.

Adoptio.

Quibus modis filij exeunte potestate patris. TIT. VI.

FIlii, qui in potestate patris sunt, mortuo patre sui iuris fiunt. Sed si hic filius, qui morte patris sui iuris effectus est, filios habeat, qui in eius post patris sui obitum erũt filii potestate. Nam si pater moriatur, & auus paternus viuat, nepos ex filio sui iuris esse non potest: quia in aui remanet potestate, qui auo mortuo sui iuris efficiuntur. Item si moriatur pater, & relinquat filium emancipatum, & ex eodem filio emancipato nepotes, tunc nepotes liberi & sui iuris erunt, & in patris emancipati potestatem nõ veniunt. Item de potestate patris exeunt filii, si pater eorum in exilium missus fuerit: quia non potest filium ciuem Romanum in potestate habere homo peregrinæ conditionis effectus. Itẽ filius si viuo patre in exilium missus fuerit, in potestate patris ciuis Romanus esse non potest: quia similiter peregrinæ cõditionis factus esse agnoscitur. Item si ab hostibus pater captus sit, in potestate quandiu apud hostes fuerit, filios non habebit † Sed si de captiuitate euaserit, iure postliminii omnẽ sicuti in aliis rebus, ita & filios recipit in potestatem. Si verò pater, qui ab hostibus captus est, in captiuitate moriatur, ab eo tẽpore, quo ab hostibus captus est, filii sui iuris effecti intelliguntur. Item per emancipationẽ filii sui iuris efficiuntur. Sed filius masculus tribus emancipationibus de potestate patris exit, & sui iuris efficitur. Emancipatio autem, hoc est manus tra

† Quod

Emancipatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditio, quædam similitudo venditionis est: quia & in emancipationibus præter illum, hoc est certũ patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo iste naturalis pater filium suũ fiduciario patri emãcipat, hoc est manu tradit, quo fiduciario patre naturalis pater unum aut duos nummos, quasi in similitudinem pretii accipit, & iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit. Hoc secundo & tertio fit, cum fiduciario patri mancipat ac tradit. Et sic de patris potestate exit. Quæ tamen emancipatio solebat ante Præsidem fieri, modo ante Curiam facienda est, ubi quinque testes ciues Romani in præsentia erunt, & pro illo qui Libripens appellatur, id est, stateram tenens, & qui Antestatus † appellatur alii duo, ut septẽ testium numerus impleatur. Tamen cum tertiò mancipatus fuerit filius à patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei à fiduciario patre mancipetur, & à naturali patre manumittatur: ut si filius ille mortuus fuerit, ei in hæreditate naturalis pater, non fiduciarius succedat. Fœminæ, uel nepotes masculi ex filio, vna emancipatione de patris vel aui exeunt potestate, & sui iuris efficiuntur. Et ij ipsi quã libet una emancipatione de patris uel aui potestate exeunt, nisi à patre remancipati fuerint, & à naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater nõ potest, nisi fiduciarius à quo manumissi sunt. Nam si remancipatum sibi naturalis pater vel auus manumiserit, ipse eis in hereditate succedit. Quod si habeat quis filium, & ex eo nepotes, & voluerit filium emancipare, & nepotes in sua potestate retinere, in arbitrio eius est, vt si voluerit nepotes emancipare, & filium in sua potestate retinere, hoc ei pro iuris ordine licere manifestum est. Quod non solùm de nepotibus, sed & de pronepotibus similiter facere potuit.

† *Antestari Budæo teste, est capere in testem.*

De Tutelis. *TITVL. VII.*

TVtores aut legitimi sunt, aut testamentarii. Legitimi sunt, qui pupillo per uirilem sexum propinquitate coniunguntur, & qui proximior fuerit de agnatis, ad ipsum legitima tutela pertinet: quia is qui proximus fuerit ad hæreditatem, ipse proximus est ad tutelam. Testamentarii sunt, quos patres aut aui paterni in testamento suo tutores filiis, aut nepotibus dederint. Quod si nec testamentarius tutor fuerit nec legitimus, tunc inquisitione Iudicis, pupillis tutores dantur.

De Curationibus. *TITVL. VIII.*

PEractis pupillaribus annis, quibus tutores absoluuntur, ad curatores ratio minorum incipi pertinere. Sub curatore sunt minores ætate, maiores euersores, infami. Ij qui minores sunt, usque ad uiginti & quinque annos completos sub curatore sunt. Qui uerò euersores †, aut insani sunt, omni tempore uita suæ sub curatore esse iubentur: quia substantiam suam ratio nabiliter gubernare non possunt.

† *id est prædigi.*

INSTITVTIONVM CAII LIBRI PRIORIS, DE PERSONIS, FINIS.

Caii Institutionum Liber posterior, de rebus.

TITVLI LIBRI POSTERIORIS.

De rerum diuisione.
De testamentis.
De exheredatione liberorum.
De Substitutionibus, & secundis tabulis.
De Legatis.
De lege Falcidia.
De Fideicommissis.
De † Intestatorum hereditibus. † hæreditatibus.
De obligationibus.
Quibus modus obligatio tollitur.
De Obligationibus ex delicto.

Caius superiore Commentario de iure personarum disputauit, hoc Commentario de Rebus, tractat.

De Rerum diuisione. *TITVLVS I.*



Mnes itaque res aut nostri iuris sunt, aut diuini, aut publici. Nostri iuris sunt, quæ in proprietate nostra esse noscuntur. Diuini iuris sunt ecclesię, id est, templa Dei, ac patrimonia, ac substantia, quæ ad ecclesiastica iura pertinent. Publici iuris sunt, muri, forum, portæ, theatra, circus arena, quæ antiquitus sancta appellata fuerunt, pro eo quod exinde tolli aliquid, aut contingi non liceret. sed hoc omnia in nullius bonis esse uidẽtur: ideo publici iuris esse dicuntur. Sed & res hæreditariæ antè quàm aliquis hæres existat, id est, quandiu dubitatur, utrum scriptus, aut legitimus hæres succedere debeat, in nullius bonis esse uidentur. Præterea quædam res corpõrales sunt, quædam incorporales. Corporales sunt, quæ manu tangi possunt, uelut ager, mancipium, uestis, aurum, argentum, & iis similia. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea quæ non in corpore, sed in iure consistunt, sicut est hæreditas, & obligationes de diuersis contractibus scriptæ Et licet hæreditas, vel emptio, aut diuersi contractus res corporales in se habeant: ius tamen ipsius hæreditatis vel emptionis, aliorumque contractuum incorporale est. Incorporalia etiam sunt iura prædiorum vrbanorum vel rusticorum, Prædiorum vrbanorum iura sunt, stillicidia, fenestræ, cloacæ, altius erigendæ domus, aut non erigendę †, & luminum, ut si ita quis fabricet, vt vicine domui lumen non tollat. Prædiorum verò rusticorum iura sunt, via vel iter, per quod pecus aut animalia debent ambulare, vel ad aquã duci & aquæductus, quæ similiter incorporalia sunt. Hęc iura tamen rusticorum prædiorum, seruitutes appellantur. Item regulariter constitutum est, ut superposita inferioribus cedẽt: vt si quis in solo nostro sine nostro permissu domũ ædificauerit, ad eum, cuius terra est, domus ędificata pertineat. Vel si aliquis in agro nostro arbores, aut vineas, vel plantas quascunq; posuerit: similiter superficii † solo cedat. Vel si in campo seminauerit, omnia hæc, quæ in terram alienã iactantur, domino terræ acquiruntur. Quod † de chartis & pergamenis, si in alienis scribat, licet aureis: vel argẽteis literis, similiter eius est scriptura, cuius charta, aut pergamena fuerit. Quod & de tabellis, hoc est, si aliquis in tabella mea picturam fecerit, obseruetur; quia statutũ est, vt tabellæ pictura cedat. Quòd si quis ex vuis meis vinum, aut spicis frumentum, aut ex oliuis oleum

Iura prædiorum.
† aut.
Seruitutes.
† *superficies.*
† *quod ad chartas, et membranas attinet.*

vis oleum fecerit, eius vinum, triticũ, vel oleum est, cuius spicæ, aut vuæ, aut oliuæ fuerint. Si quis etiam ex tabulis alienis nauem aut armarium, aut quodcũque ad vsum pertinẽs, fecerit, simili ratione eius erũt quæ facta fuerint, de cuius ligno facta probãtur. Similiter etiam, si ex lana vel lino vestimenta fecerit, eius erunt vestimenta, cuius lana vel linum fuisse probabitur. Similiter etiam si iis omnibus superius comprehensis, quicunque in terra aliena aliquid posuerit, aut ædificauerit, aut horum quæ dicta sunt, aliquid fecerit, illis q aliena præsumpserunt, hoc cõpetit, ut expẽsas uel impẽdia, quæ in iis fecerint, à dominis, qui tẽ factam vindicant, recipere possint. Acquiritᷣ autem nobis nõ solũ per nosmetipsos, sed & per eos qui in potestate nostra sunt, sicut filii vel serui. † ita, ut quic quid iis à qualibet persona donatum uel uenditũ fuerit, aut hæredes fueri nt instituti †, idẽ parentibus & dominis sine aliqua dubitatione adquiritur, præter eos filios, quibus per leges castrense peculiũ habere permissum est. Ii uero serui, qui in vsufructu nostro, & in proprietate alterius sunt, hoc tãtum vsufructuario acquirẽ possunt, quod opere aut manibus suis fecerint, aut de meredibus operis sui acceperint. nam si eis aut hæreditas, aut legatũ relinquatur, aut donatione aliquid conferatur, hoc ꝓprietatis domino, nõ vsufructuario acquiritur.

† quia.
† id.

De Testamentis. *Titul. II.*

PEr vniuersitatem, hoc est, omnia simul bona acquirimus hereditate, emptione, adoptione, q̃ aliquem adoptauerimus, si sine patre est, cum omnibus bonis suis ad nos transit. Id quoque constitutum est, vt non omnibus liceat facere testamentum. Sicut ii sunt, qui sui iuris nõ sunt, † & alieno iuri subiecti sũt, hoc est, filii tam ex nobis nati, quã adoptiui. Itẽ testamenta facere nõ possunt impuberes, id est, minores XIIII. annorum, aut puellæ XII. Item & ii qui furiosi id est, mente insani fuerint, non possunt facere testamenta. Sed ii qui insani sunt, si interualla ipsius insanię habent: per interualla, quibus sani sunt, possunt facere testamenta.

† sed.

De exhæredatione liberorum. *Titul. III.*

IS qui filium suum in potestate habet, curam agere debet, ut testamentum faciens, masculum filiũ aut nominatim hęredem instituat, aut nominatim exhæredet. Nam si masculum filium in testamento præterierit, non ualet testamentum: si uero filiam præterierit, non rumpit testamantum filia prætermissa, sed inter fratres suos, legitimo stante testamento, suã sicut alii fratres consequitur portionem. Si uero testamento extranei hętedes scripti fuerint, stante testamento filia medietatem hæreditatis acquirit. Nam si facto testamento, in quo filius masculus prætermissus est, euenerit, ut, viuente adhuc patre, filius, qui prętermissus est, moriat, sic quoque quamlibet filius ille mortuus fuerit, testamẽtum quod factum est, non valebit. Posthumorũ autẽ duo genera sunt. quia Posthumi appellantur ii, qui post patris mortem de vxore nati fuerint & illi qui post testamentũ factum nascuntur. Et ideo nisi is qui testamẽtum facit, in ipso testamento cõprehenderit, Quicunque filius aut filia mihi natus, natàve fuerit, hæres mihi fit: aut certè dicat, exhęres sit. valere eius nõ potest testamentũ: quia sicut superius iã dictũ est, legitime concepti pro natis habeantur, nisi quòd melior conditio est posthumę, quàm natæ: quia natam si prętermissa fuerit, non rumpit testamentum: posthuma uerò, sicut masculus, testamentum rumpit. Si quis post factum testamentũ adoptauerit apud populum illum, qui sui iuris est, hoc est, qui patrem non habet, aut apud Prætorem illum adoptauerit, qui in potestate patris est, quasi ei filius natus sit, ita eius rũ pitur testamentum. Posteriore quoque testamento, quod iure factum est, id quod iure factum ante fuerat, rumpitur. Quod si facto posteriore testamento, hæres scriptus, aut ante aditionem hęreditatis moriat, aut viuo testatore, defecerit, aut conditio posibilis, sub qua hæres instituitus est, impleta non fuerit, is qui testamentum fecit intestatus mori uidetur, quia testamentum quod prius fecerat, testamẽto posteriore rescissum est, & quod posterius factũ est, iis rebus, quas diximus, infirmatur. Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur, ueluti si aliquis post factum testamentum capite minuatur, id est, ab hostibus capiatur, aut pro crimine in exilium deportetur. Similiter & is qui adoptatus fuerit, testamentũ quod ante, quà adoptaretur fecerat, non ualebit. Hæredes autem sui Hæredũ genera. sunt, aut non sui, aut necessarij sunt, aut extranei. Sui hęredes appellanᷣ, filii ac nepotes ex filiis masculis, quos ī potestate auus uel pater habet. Necessarii sunt hæredes serui, qui cum libertate hæredes instituunᷣ. Necessarii ideo, quia uelint, nolint, necesse est eis hæredes esse. Nam qui creditoribus tenentur obnoxii & putant se non tantum in substantia, quantum in debitis relinquere, ipsi seruos suos manumittunt, & hæredes necessarios faciunt, ut quò magis hęres quãdo minus infamiam incurrat: cum res eius, id est, hęreditas domini pro debitis venditur, & creditoribus datur. Extranei sunt, qui nullo propinquitatis gradu testatori iunguntur, sed eos quicunque pro arbitrio suo scribit hęredes.

De substitutionibus, & de secundis tabulis. *Titul. IIII.*

SVbstitutio est, quę post institutionem à testatore fieri solet, id est, secundi hęredi appellatio. Et duę sunt, quarum una vulgaris dicitᷣ, alia pupillaris. Vulgaris dicitur illa. Hęres mihi esto hoc, siue filio, siue extraneo: Quòd si hr̃ditatẽ meã adire nolueris, illum substituo ad quẽ hęreditas mea dẽat ꝑtinere. Pupillaris substitutio filiis tarũ nõ ipuberibus fieri põt, q̃ ita fit: ille filius meus, si ītra, pupillarẽ ętatẽ decesserit, illum ei substituo. Sed pupillaris substitutio ita secreta esse debet, vt ad notitiam substituti peruenire nõ possit: ne uitæ pupilli aliquas substitutus insidias moliat. Nã in extrema pagina testi fieri dẽt, ut pars illa in qua substitutio pupillaris scripta est, quãdiu pupillus annos pubertatis egrediat, obsignata permaneat, & prior pars testamenti, qua hęres scriptus est, referetur. Hoc etiam & de donis fieri potest. † nam si extraneus hęres scriptus sit, ei aliquem substituere non possumus, ut si hęres exiterit, & intra aliquod tempus, mortuus fuerit, alius ei hæres sit. Potest tamen per fideicommissum obligari, ut alii, rogatus à testatore, hęreditatem aut integram, aut pro parte restituat.

Vulgaris substitutio.
Pupillaris.
† hic locus in oĩbus exẽplaribus non caret suspitione nisi legas sed.

De Legatis. *Titul. V.*

LEgatorum genera sunt quatuor, uindicationis, dãnationis, sinendi modo, & prœceptionis. Vindicationis legatum est, si testator sic loquutus fuerit, illũ seruũ tibi do, lego. uel, Illã rẽ tibi ꝑsume, habe vĩdica. Quod post mortẽ testatoris statim legatarius,

Legatorum genera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non expectato hærede, sibi præsumat. Quam si præsumpserit, nec pro præsumpto legato ab hærede potest calumniam sustinere, nec si aliena res fuerit, quæ legata est, legatarius hoc poterit ab hærede repetere. Si p vindicationē vna res multis legata sit, & singuli hāc ipsam tm præsumere velint, æquales singuli de re legata capiūt portiones. Per damnationem isto ordine legatur, vt testator in testamento scribat, Tu hæres meus illi hoc da. aut Illud illi ab hērde meo dari iubeo. In quo genere legati, etiā alienæ res per legatū relinqui possunt. Et si necesse est hęredi aut redimere eam rem, quæ iuris alieni est, & legatario tradere: aut si is cuius est res, vendere noluerit, quātū res illa valebit legatario in pretio compēsare. Sed si testator rem alienam quasi suam credens, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab hærede petere non potest, & inutile est legatū. Nam si sciēs alienā esse, per legatum dederit, necesse est ab hærede aut ipsam rem, aut æstimationem rei in pretium legatario dari. Cęterùm inter damnationis legatum, & vindicationis hoc interest, quòd per vindicationē res aliena relinqui nó potest: per damnationem eo pacto, quo superius comprehensum est, potest. Illæ etiam res, quæ in rerum natura non sunt, per damnationem in legato relinqui possunt, velut si ita testator in testamento scribat, fructus qui ex illo agro nati fuerint, aut id quod ex illa an cilla natum fuerit. quod in legato vindicationis fieri non potest: quia non potest hæc legatarius, testatore mortuo, cōtinuo vindicare. Et inter legatum vindicationis, & damnationis ista similitudo est, quod legatum vindicationis, siue & damnationis, si coniunctim, id est, duobus aut pluribus una res in legato relicta fuerit omnibus, in vtroq; legato simul ab omnibus præsumatur. Inter legatum vindicationis, & dānationis ista distātia est, ut si disiunctim, id est, singulis quæcunque res per legatum damnationis relicta fuerit, singulis † integra debeatur. id est, ut vnus rem ipsam accipiat, alii æstimationem rei ipsius in pretio ab hærede percipiant. Sinendi modo hæc legati verba sūt, Ille hęres meus rem illā illū pmitte psumere, & sibi eā habere. Nā & propriā rē testator & hæredes sui, & alienam per sinēdi modum legatū relinquere potest. In quo legato non quidem hæres legatario, rem quæ relicta est, iubetur tradere, sed vindicanti legatario non permittitur prohibere. Præceptionis uero legatū non nisi vni ex hæredibus dari potest, ut aliquid ei ex hæreditate præcipuum relinquatur. & si aut coniunctim, id est, multis, aut disiunctim singulis relinquatur, omnibus aut vna res tātum quæ nominata est, debetur, non vni res, & alii æstimatio, sicut in legato damnationis est constitutum.

† in integrum.

De Lege Falcidia. *Titul.* *V.*

LEge Falcidia constitutum est, quinque hæres fuerit institutus, quartam partem totius hæreditatis habeat. Quod si testator hęreditatem suam legatis exinanierit, hoc statutum est, ut Falcidiam sibi de imminutione legatorum hæres retineat, cōstante nihilominus testamento.

De fideicommissis. *Titul.* *VI.*

POtest aliquis recto iure hæredem instituere, & rogare, eum, ut hæreditatē suam, aut omnē, aut ex parte alii per fideicommissum reddat. Nam si hęredem directo iure nō instituerit, fideicommissarius non potest † ad alium acceptam hæreditatem transmittere. Sed in hac quoque re hoc obseruandum est, quod de Falcidia suprà iam dictum est, ut hæres institutus etiam si omnem hæreditatem alii restituere iussus, sit, ita hæreditatem alii restituat, ut quartam sibi ex ipsa hæreditate retineat. Et singulæ quęcūque res per fideicommissum relinqui possunt, hoc ē, aut fundus, aut domus, aut mancipium, aut argētum, ab ipso fideicommissario alteri fideicommissum relinqui potest. Et à legatario, licet legatum relinqui nó possit, fideicommissum potest. Et non solum proprię res à testatore per fideicommissum relinqui possunt; sed etiam ipsius hæredis, aut legatarii, aut cuiuslibet extranei, ne legatarius, cui per testamentum parum relictū est, si plus alii per fideicōmissum, quam id quod consequitur, reddere iubeatur. Cum autem aliena res per fideicōmissum relinquitur, necesse est hæredi tenere vel legatario, rem illam, quæ per fideicōmissum est relicta, aut redimere, uel reddere, aut fideicōmissario dare, aut pretium eiusdem rei, quanti æstimata fuerit, fideicommissario numerare: sicut in damnationis legato fieri diximus. Libertates etiam seruis per fideicommissum dari possunt, ut hęres uel legatarius ea mancipia manumittant, quæ testator ab iis, ut manumitterent, sperauit. Nec interest, utrum hoc testator de suis seruis, an de ipsius hęredis & † legatarii, aut de alienis fieri iubeat. Quod si de alienis fecerit, similiter cogitur hęres emere ipsum seruum, & manumittere. Quod si illum dominus suus noluerit vēdere, perit per fideicommissum data libertas: quia in hac re hæres æstimationē in pretio dare nō cogitur. sed cum p fideicommissum libertas datur, is qui manumissus fuerit, nō testatoris, sed hęredis libertus est. Præterea inter fideicommissa & legata sunt quędam distantiæ. Fideicommissum ad eum cui aliquid commissum est, hærede mortuo, peruenire, si talis fuerit conditio testamenti. Nam legatum ita relinqui non potest. Item legatum per codicillos relictum non valet, nisi codicilli testamento fuerint confirmati. Per fideicommissum uerò, etiā si testamento codicilli nō fuerint confirmati, nihilominus debetur. Item per legatarium legatum alteri relinqui non potest, sed fideicōmissum potest. Item per legatum seruo alieno directa libertas dari non potest, per fideicommissum pōt. Item per codicillos nemo hæres instituitur potest, quamuis testamento confirmati sint: sed is, qui in testamento hæres fuerit institutus, potest per codicillos rogare, vt hæreditatē, quæ ei data est, alii eā totā, vel p parte restituat. Quod validum est, etiam si codicilli testamento non fuerint cōfirmati. Item quamuis non possimus post mortem eius, quem hęredem instituimus, alium ei substituere, tamen per fideicōmissum rogare eum possumus, ut cum morietur, alii eam hęreditatem vel totam, uel pro parte restituat. Et quia (sicut superius dictum est) etiam post mortē hæredis fideicommissum ei, cui relictum est, dari potest, quod hoc ordine fit vt testator scribat, Illū hæredem instituo, & volo, ut cū mortuus fuero, ad illū hęreditas mea pueniat. † Præterea & ī hoc alia fideicōmissorum & legatorum conditio est: qa fideicōmissa, si tardius quā scriptum est, soluta fuerint, vsurę & fructus debentur. Legatorum uero vsurę non debentur, sed ex mora solutionis, si per damnationem relicta fuerint, duplicantur.

† tab alio.

† vel

Legatorum & fideicōmissorū distātia.

† pertineat.

De

† hęredibus. Sui hęredes.

De Intestatorum hæredibus. † *TITVL.* *VIII.*

INtestatorum hæreditates primum ad suos hæredes pertinent. Sui autē hæredes appellantur, filius filia, nepos vel neptis, pronepos pronepotis ex nepote: quia omnes per virilem sexum descendentes, sui vocantur. Naturales sunt hæ personæ, hoc est adoptiuæ. Adoptiuorum. n. comparatione legitimi naturales appellātur. Sed ita nepos vel neptis ex filio auo suo hæredes sunt, si pr eorum de potestate patris, aut morte, aut emancipatione discesserit. Nam si eo tempore, quo aliquis moritur, filium in potestate habeat constitutum, & ex eo nepotes, illi, viuo patre suo, & in potestate aui constituto, sui hæredes auo esse non possunt. Similiter & posthumi, quasi viuo patre nati fuissent, in potestate eius futuri erāt, sui hæredes sūt. Si qñ aliquis moriatur, & reliquerit filiū, aut filiā, aut ex alio filio mortuo nepotes, neptes, siue filii nepotes ex filio, defuncto patre vel auo, hac ratione succedunt, vt filius ac filia sua partes accipiant, & nepotes ex filio portionem, quam pater eorū erat habiturus, accipiant. Quia regulariter cōstitutū est, vt inter suos proximos longiore gradu positos nō excludat, & nō in capita, sed in stirpes diuidatur hæreditas. Ite si quis moriens filium nō relinquat, sed ex duobus masculis filiis dimittat nepotes, hoc est ex vno filio vnum vel duos nepotes, & ex altero tres aut quatuor similiter, sicut superius dictū est, in stirpes, nō in capita hæreditas diuidatur, hoc modo vt illi duo nepotes ex uno filio medietatem percipiant, & illi quatuor ex alio filio aliam medietatem. hoc est, vt tales accipiant portiones, quales patres eorū si vixissent, habituri erant. Si defuerint hæredes sui tunc hæreditas defuncti pertinet ad agnatos, Agnati enim sunt per uirilem sexū defuncto propinquitate coniuncti, id est cōsanguinei fratres, hoc est, de vno patre nati. Nec disputari pōt, si de diuersis matribus nascantur, qui vno patre geniti sunt. Item patruus, id est frater patris, fratris sui filio agnatus est: ipso modo sunt fratres patrueles, hoc est qui de singulis germanis nati sunt. Hoc ordine agnascitur qui sint agnati, sicut supra diximus, per virile sexum propinquitate cōiunctum. Non tamē omnibus simul agnatis lex † hæreditatem propinqui intestati dat, sed iis qui defuncto mortis suę tēpore, pximiores inueniuntur. In fęminis verò alia conditio est, quia inter fœminas sola tantum soror consanguinea habetur agnata, vt germano suo defuncto ab intestato ei agnationis iure succedat. Reliquæ fœminæ, hoc est, amitę, id est, patris soror, vel fratris filia, nec in capiendis hæreditatibus propinquorum legitimæ sunt, ne masculis propinquis agnationis iure succedunt. Ipsarum verò hæreditates ad masculos propinquos agnationis conditione perueniunt. Regulariter constitutū est, vt inter agnatos proximior posteriorem excludat: & inter eos non in stirpes, sed in capita ab intestato diuidatur hæreditas. Nam inter suos, (sicut superius diximus,) alia rō est, vt proximior posteriorem non excludat, & semper hæreditas in stirpes, nō in capita diuidatur, Nam si quis moriēs dimittat germanum, & ex altero germano filios, germanus frater, qa gradu proximior est, solus succedet, fratris filii nō succedēt. Itē si moriat quis, & de duobus germanis fratribus dimittat filios duntaxat masculos, & ex vno fratre dimiserit duos, & ex alio quatuor, similiter masculos, oēs qdē fratrū filii patruo suo intestato succedūt, sed nō in stirpes, sed in capita: ita ut illi duo ex vno patre duas

Agnati

† Legē xij. Tab. deligit.

accipiant portiones, & illi quatuor ex alio accipiant quatuor portiones. Nā si sorores habuerint, in patrui hæreditatem non veniūt, sicut nec sororis filii in auūculi hæreditate succedunt. Nam & hoc regulare est, vt cognati tunc intestatorum propinquorum hæreditates capiant, quando aut sui, aut agnati defuerint.

De Obligationibus. *Titul.* *IX.*

OBligatio in duas species diuiditur. Nam omnes obligationes aut ex contractu nascūtur, aut ex culpa. Eorū, quæ ex contractu nascuntur, quatuor genera sunt, quæ singulæ hoc ordine distinguuntur. Aut. n. re contrahitur obligatio, aut verbis, aut literis, aut consensu. Re cōtrahitur, quoties aliqua cuicunque mutuo dantur, quæ in his rebus contingunt, quę pondere, numero, & mensura continentur. hoc est, si pecunia numeretur, vel frumentum dęt, vinū, aut oleū, aut ęs, ferrū, argentū uel aurū. Quæ oīa numerando, aut pendendo, aut metiendo ad hoc damus, ut eorū fiant qui ea accipiunt, & ad nos ī tuto tēpore, non ipsæ res, sed aliæ eiusdem naturæ, quales datæ sunt atque ipsius ponderis, numeratę uel mensuratę reddantur. Propter quod mutuum appellatū est, quasi a me tibi ita datum sit, vt ex meo tuum fieret. Mutuū. verbis contrahitur obligatio ex interrogatione dantis, & responsione accipientis. ita, vt si ille qui dat, interroget, Hoc mihi dabis? Qui accipiet, respondeat, Dabo. Aut in obligatione debitoris si aliquis fideiussor accedat, ille qui personā fideiussori tradit, interrogetur. Istum fide tua esse iubes? Et ille respondeat, Fide mea esse iubeo? In hac conditione non solum ille qui debitor est, sed & is qui fideiussor existit, obligatur. Et non solū fideiussor ipse dum viuit, sed & hæredes ipsius, si ille defecerit, tenentē obnoxii. Creditor autem, qui pecuniam dedit in potestate habet ad reddendā pecuniam, quē velit tenere, vtrū ipsum debitorē, an fideiussorē absolui. Sed si † debitorē tenere elegerit, † fideiussorē absoluit quia vno electo, quē ideneum creditor iudicauit alterum liberat. Sunt & aliæ obligationes, quæ nulla præcedente interrogatione contrahi possunt. id est, vt si mulier siue sponso, siue iā marito vxori futura dotē dicat. quod tā de mobilibus rebus, quàm de fundis fieri pōt. Et nō solū in hac obligatione ipsa mulier obligabit, sed & parer eius, & debitor ipsius mulieris, si pecuniā, quam ille debebat † marito creditoris, ipse debitor in dotē dixerit. Hæ tm tres personę nulla interrogatione precedēte, possunt † condictione dotis legitimè obligari. Alię verò personę, si pro muliere dotem marito promiserint, communi iure obligari debent. id est, vt interrogatę respondeant, & stipulationem prę mittant. Item & alio casu, vno loquēte, & sine interrogatione alio promittente, contrahitur obligatio. id est, si libertus patrono aut donum, aut munus, aut operas se daturū esse iurauerit. Exponendum hic quid sit donum, munus, vel operę, in qua re supradicti liberti non tā uerborum solennitate, quàm iurisiurandi religione renētur. Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest. Pręterea inutilis est promissio, etiam si stipulatione interueniente, facta sit, si id aliquis daturum se promiserit, quod sui iuris non est. hoc est, si aut ingenuum hominem quasi seruum se daturum promittat. Aut si mortuum aliquis, quem viuum credebat, promiserit. Aut locum sacrum, aut sanctū, aut religiosum daturum se cuicunque promiserit. Pręterea inutilis est promissio, si quis rem sub tali conditione pro-

† Fideiussorē. † Debitorem.

† spōso.

† Dictio nē dotis legitimè obtinere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittat, quæ impleri ob rei difficultatē nō posſit. Præterea & inutilis eſt interrogatio & promiſſio, ſi ita aliquis interroget debitorem, Poſt mortem meam, vel tuam, illud dare ſpondes? Quod propterea inutile viſum eſt: quia a perſona hæredis obligatio incipere nō pōt. Et ideo nec hæredi creditoris ſub hac ſponſione obligatur debitor, nec debitoris hæredes creditori tenentur obnoxii. Itē inutilis eſt obligatio, ſi dicat creditor, Pridie quàm moriar, hæc dare ſpondes? Vel interroget debitorē, Pridie quàm moriaris? Similiter & hæc ſtipulatio inutilis iudicatur, quia nō pōt ſciri, qñ ſi Pridie, quàm aliquis moriat, niſi poſtquam mortuus fuerit. Item ſi purè interroget creditor, & debitor ſub conditione promittat. Vel ſi creditor decem ſolidos debitorem interroget, & debitor quinque, promittat, hoc ordine integrum debitū vacillare cognoſcitur. Si quis nobis pecuniam debeat, poſſumus debitorem noſtrum compellere, vt pecuniam quam nobis redditurus erat, alteri ſe caueat redditurū. Neque poteſt ei, cui pro noſtro debito cauet, de cauto & nō numerato, ſicut fieri ſolet, aliquid diſputationis afferre, cū id qđ a nobis accepit, alteri cauerit redditurū. Nec pōt ei, niſi literis obligatio fiat, aut a re in perſonam, aut a perſona in perſonam dari. A re in perſonā, velut ſi id quod ex emptione, aut ex cōductione, aut ſocietate debes, alii reddas. A perſona in perſonam, velut ſi id quod mihi alter debet, alteri perſonæ delegem, vt mihi reddere debeat. Conſenſu fiunt obligationes, ex emptionibus & uenditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus & mādatis. Quia in eiuſmodi rebus cōſenſus magis, quàm ſcriptura aliqua aut ſolennitas quæritur. In quibus rebus etiam in

Emptio ter abſentes obligatio cōtrahi poteſt, quod in aliis rebus fieri non poteſt. Emptio igitur & venditio con-

Locatio trahitur, cum de pretio inter emptorem & venditorem fuerit definitum, etiam ſi pretium non fuerit numeratum, & nec pars pretii aut arrha data fuerit. Locatio & conductio ſimili ratione conſiſtunt. Et conſenſu & verbo definitio inter cōſentientes firma per-

Societates. maneat. Societatem inire poſſumus aut omnium bonorum, aut vnius alicuius negotiationis. Et poteſt ita coiri ſocietas, ſi tamen hoc inter ſocios conuenit, vt vnus pecuniam det, & alter operam ſuam pro pecunia ponat. Et huius rei definitio etiam uerbo inita valet, ita ut quicquid ſocietatis tempore quolibet modo fuerit acquiſitum, ſociis cōe ſit. Permanet autem inita ſocietas, quandiu in ipſo conſenſu ſocii perſeuerant: qui a ſicut conſenſu contrahitur, ſic etiā diſſenſu diſſoluitur. Diſſoluitur ergo ſocietas aut morte huius ſocii, aut contraria voluntate, aut capitis deminutione, id eſt, ſi vnus ex ſociis (ſicut frequēter ſuprà diximus) capite fuerit deminutus. Similiter & mandari verbo poteſt. Et cùm verbis mādatum fuerit, obligatio cōtrahitur. Poſſumus enim aut noſtra negotia, aut aliena cuicunque agenda mandare, dummodo honeſtum aliquid agi † mandemus. Nam ſi contra mores bonos aliquid mandare voluerimus, hoc eſt, ſi cuicūque mandemus, vt alicui furtū faciat, aut homicidiū, aut adulterium admittat, in iis rebus mandati obligatio contrahitur. Soluitur autē mandatum aut morte eius cui mandatum eſt, aut contraria illius voluntate qui mandauit. Sed is cui mandatur, mandati formam egredi non debet. Aut ſi egreſſus fuerit, & mandatori teneatur obnoxius, & quod extra mandatum egit, mandatori non nocet.

† Volumus.

Quibus modis obligatio tollatur. *Tit.* *x.*

TOllitur obligatio ſolutione debiti. Præterea aliquoties tollitur obligatio, etiam ſi aliud quàm cautū fuerat a debitore creditori reddatur. Nā ſi quicunque pro pecunia quam creditori † cauit, acquieſcente creditore, aurum, aut argentū, aut mancipia, uel alias quaslibet ſpecies, habita æſtimatione, cōſentienti reddiderit, obligatio euidenter tollitur.

† dedit.

De obligationibus ex delicto. *Titu.* *xi.*

QVia de obligationibus, quæ ex cōtractu naſcūtur, diximus, ſupereſt, vt de iis obligationibus quæ ex delicto naſcuntur, diſputemus. Ex delicto naſcunt obligationes, ſi quis furtum fecerit, vel bona aliena rapuerit, vel dānū alteri dederit, aut iniuriam fecerit. Quarū omniū rerū vno genere ex delicto naſcitur obligatio. Furtorum autem ſunt genera quatuor manifeſti, nec manifeſti, concepti, & oblati. Manifeſtum furtum dicitur, ſi quando fur cuiuſcunque rem tollit, & in ipſo furto deprehenditur. Nec manifeſtum furtum appellatur, quod quamuis dū fieret inuentum non eſt, tamen furtum † fuiſſe probat. Conceptum furtum dicitur, cùm apud aliquem alterum res furata inueniatur. Oblatum furtum dicitur, cùm res furtiua alicui ita a fure datur, vt apud ipſum furem inueniri non poſſit. Præterea, qui rem alienam inuito, aut neſciebat domino, contingit, vel tollere, aut de loco mouere † præſumpſit, furtum facit. Et ſi quis rem vtendam acceperit, aut commodatam apud ſe habuerit, & aliter ea vſus fuerit quàm accepit, furti actione tenetur. Præterea ſi quis iumentum alterius ad hoc accepit, vt eum quinque milibus duceret, ſi id decem milibus, aut longius quàm ab illo q dedit fuerit conſtitutum duxerit, furti reus erit. Et multa præterea his ſimilia ſunt, ſecundum quæ & ille furti tenet, ſi, vt fieret, opem aut conſiliū, aut ſtudium commodauerit. Vel ſi quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excuſſerit, vt alii eā rapere poſſent.

Furtorū gña iiij.

† eſſe factū pro batur.

† Idem apud Laertiū potuit Solutio.

INSTITVTIONVM CAII LIBRI POSTERIORIS DE REBVS FINIS.

τέλος τῶν αὐτοῦ κριτικῶν.

Tabula materiarum Institutionum Imperia.

TABVLA FACILIS ET ampla, comprehendens omnes materias ſingulares ex Textu, Gloſsis, Poſtillis, & vita Iuſtiniani, extractis: in quibus prior numerus columnas, ſecundus vero lineas indicat.

ABESSE DESINit, qui domum redire potuit, finito negotio. co. 406. lin. 34
Abſens an amittat poſſeſſionē. 142.23
Abſens capitaliter dānatus non fit ſeruus, ſed præſens ſic. 58.54
Abſens eſt degens extra prouinciā. 139.41
Abſens quando dicitur quis in ſtipulationibus. 322.50
Abolitio, id eſt, accuſationis peremptio. 142.59
Abraſio. 120.69
Abrogatio alicuius iuris cum fit, cēſetur perpetua. 285.7
ad Abſoluendum faciliores ſumus, q̄ cōdemnandum. 479.17. in poſt.
Abſtinere a malo non ſufficit niſi &c. 11.37.
¶ Acceptilatio, i. imaginaria ſolutio, vel p̄ momentū duratura. 363.73
Acceptilatio nō tollit obligationes iuriſgentium. 364.3
Acceptilatio rōne rei inutilis, habet vim pacti; ſecus ſi ratione conceptionis ineptæ. 364.24
in Acceſsione non debet plus eſſe, quàm principali. 331. in tex.
Accidentalis cauſa, an & qñ naturali præponderet. 85. in poſtil.
Accidentis impedimētum, debilius quàm naturæ. 55.18
Accipere iniuriam, id eſt dare, vel facere. 585.80
Accuſare an poſsit fœmina. 100.83
Accuſatur qui ēt poſt mortē. 493.1
Accurſij lapſus. in vita Iuſtiniani. 4
Accurſius neſciebat legere Græcè. 340.23
¶ Actio ad dandum, & tradendum, differunt. 420.30
Actio ciuilis & prætoria. 402.35
Actio communi diuidundo. 434.40
Actio competens actori qui reo deferente qualis eſt. 414.2
Actio confeſsoria. 399 55
Actio de in rem verſo. 413.30
Actio de peculio. 415.25
Actio de tigno iniuncto. 119.63
Actio eſt tam de iure ciuili, quàm prætorio. 395.15
Actio & cauſa differunt. 194.70
Actio exercitoria. 413.40
Actio ex maleficio & quaſi maleficio differunt. 393.82
Actio ex ſtipulatu pro dote competit marito & vxori. 435.43
Actio familiæ erciſcundæ, quare eſt miſta. 427.34
Actio finium regundorum. 434.42
Actio hypothecaria. 302.85
Actio hypothecaria & tutelæ quando naſcuntur. 302.87
Actio in factum de calumniatorib. 431.58
Actio in factum eſt prætoria, condictio ex lege ciuilis. 403.60
Actio iniuriarū an ſit annalis in omnibus caſibus. 389.27
Actio iniuriarum quomodo tollit. 390.74
Actio in rem, cōdictio furtiua, actio furti differunt. 375.4
Actio inſtitoria. 413.40
Actio legis Aquiliæ, & iniuriarum, differunt. 380.62
Actio multis modis ſumit. 394.58
Actio nulla hodie datur in triplum. 430.66
Actio pignoratitia. 434.29
Actio præſcriptis verbis in trib. generibus negotiorum l habet locū. 483.17
Actio pro tutelę directa, & contraria, eſt ex quaſi contractu. 357.56
Actio publiciana ā competat habētiv tile dominium. 403.52
Actio qñq; id eſt accuſatio. 390.62
Actio quæ naſcitur ex permutatione. 434.56
Actio quod iuſſu. 413.34
Actio realis poteſt in ſtipulationem deduci. 364.73
Actio ſtrictè pro perſonali ſtat. 491.3
Actio tributoria. 4 3.42
Actio tutelæ, & actio de rationibus diſtrahendis differunt. 79.72
Actio vi bonorum raptorū eſt duplex. 377.80
Actionis duplex diuiſio. 482.48
Actionis in factum quatuor ſunt genera. 482.86
Actiones adiectiuæ. 453.67
Actiones ex quinque partibus iuris ciuilis deſcendentes, ciuiles, & perpetuæ ſunt. 465.60
Actiones ex contractu deſcendentes quæ non dantur in hæredes. 467.61. in poſt.
Actiones ex maleficio, in duobus caſibus tranſeunt in hæredes. 467.3
Actiones miſtæ, dicuntur duobus modis. 422.12
Actiones octo ſunt quę infamant. 485.73
Actiones pœnales ptoriæ ſunt multæ. 417.24
Actiones plures ſi competāt alicui, an vna intentata tollantur alię. 458.66.
Actiones reales quāto tempore durant. 465.66
Actiōes ſtricti iuris, quare ſic dictę. 433.55
Actionum adiectiones q̄dam ſunt, quæ actiones putantur. 453.66
Actionum diuiſiones duodecim. 435.18
Actionum quędam ſunt ſimplices, quædam duplices. 482.49
Actis interuenientibus, id eſt, corā iudice. 56.16
Actor & reus in eodem negotio eſſe quis non poteſt. 82.12
Actor reus, iudex & res, hæc quatuor conſiderantur in contractib. ciuilibus. 419.37
Actus & via differunt. 131.1
Actus morientium nō poſſunt eſſe in ſuſpenſo. 228.2
¶ Adam non poſſet ducere vxorē, ſi viueret. 43.40
Addendi iure ſaluo, poni debet in libello. 444.17
Addico, i. adiudico. 293.55. in poſti.
Adire hæreditatē, repudiare, immiſcere, & abſtinere differunt. 207.19
Adeunti hęreditatem multa ſunt neceſſaria. 208.57. in poſtil.
